



Don Juan<sup>co</sup> Galindo Autor de este libro fue Colegial de esta S.<sup>ta</sup>  
 Casa donde entro a 15 de Enero de 1503. segun consta del libro  
 antiguo de Recepciones; pero D. Juan<sup>co</sup> Vicente lo desatxara al año  
 anteced.<sup>te</sup> Fue Sobrino del D.<sup>no</sup> Palacios Rubios: y con este manuy  
 cito dono otros dos muy apreciabler, que faltan de la libreria por  
 los motivos que expresa el curioso D. Juan<sup>co</sup> Vicente digno de  
 leerse sobre este punto. en la Vida de dho Galindo.

M. E.  
 E.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Large area of extremely faint, illegible text occupying the middle and bottom of the page.

DELEGVM

FONTIBVS. ET.

ARTE. <sup>IV</sup>ILLIB.

FRANC<sup>S</sup>CO.

GALND.

AVTH

RE

*castrillo*

*als<sup>or</sup> liepord*



9  
8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1





ram, sed uere mendacē & sophisticā philosophiā eā salū  
ua reuerētia dicere cogimur. Et nō facile, ut Cicerō,  
ni videbat; Sed adeo difficillimā, q̄ ita ab ea expri-  
mi possit iuridica veritas, ac si ex puteo profundo si-  
ne fundo paruissimā margaritā extrahi oporteret.  
Quandquidē sinceritas, nitor, et claritas illa, que  
inerat prioribus legibus, cū primū fuerāt promul-  
gate, iam abcessit. Decorē & pulchritudinē illā  
gratissimā florētis etatis seu pubertatis decolorauit  
ardentissimus sol plurimorū expositoz & cōmēta-  
torū, quos auaritia, ambitio et gloria Incedit Inanis.

*Multitudo glosarū corru-  
pit leges.*

**Q**uid referā tot glosas, Lecturas ordinarias,  
Repetitōes, Decisiones, Sūmas, Tractatus, Disputa-  
tiones, Consilia, <sup>causulas</sup> Smgularia, Reportoria: q̄ quotide  
pullulant: Et hec adeo Ingeminata, multiplicata,  
maculata, refartinata, ut iam iuridica veritas non  
linatur in aliquo loco cōsistere nec cōquiescere. Sed  
velut pila percussa & repercussa multoz manibus ī  
aera iacet dispergatq̄, et tandē disrupta & discerp-  
ta euanescat atq̄ dispareat. Quod ex vno libro scī-  
re nos arbitramur: viso alio nosmetipsos nescire cū ru-  
bore fatemur. Itaq̄ in iure nichil clarū, nichilq̄ cer-  
tū habetur. Sed oīa cōfusa obnubilata & contenebrata  
prodeūt tāta multitudine libroz: quoz finē, nullū fu-  
turū ille sūmus predixerat Salomō. Ex vno quidē alius  
et alius deriuat; Et tāqm̄ vno hydre capite succisso, ut  
est in fabulis, plura successūt. Lamq̄ cōtingere seu po-  
tius cōtigisse videmus in iure, quod premituit expertus  
Iustinianus caute prouidens, ut nemo eoz, qui iuris pe-  
ritiā haberent, cōmētarios suis legibus aneaderēt. ne ver-  
bositus eoz aliquod ipis legibus afferret ex cōfusioe dederēt.  
Quod in antiquis edicti perpetui cōmētatoribus factū esse  
refert, qui opus moderate confectū huc atq̄ illuc in diuer-  
sas sententias producentes in infinitū detraxerūt. Quā,  
ob rē, ut hodie videmus, per cōtrarias & multiloquas In-  
pretantiū sententias toni ius penē cōurbatū atq̄ cōfusū est.  
Ex quo grande malū in nostra republica suboritur, ut utriq̄  
litigantiū ius fauere credat. teneatq̄ uterq̄ suos fautores

*Ex multitudine glosaz  
confuso legi & ciuitatis  
dignitas.*

vulidæ propugnâtes. Et iudices nescientes cui victoriam  
prestent vacillare cogunt per multa tēpora cū parti,  
um attritōib⁹ / Immēsis dispendijs et expēsis, atq; fuit  
lites penē immortales, ita ut plus devastatōis seu euer,  
siois ab isto iudiciali certamine cives patiant⁹: q̄ ab hos,  
tū bello / quod vna uel duabus cōgressiōib⁹ & prelijs ple,  
rūq; finiri solet / paterent⁹. Vnde neq; leges habere ra,  
tiois fūdamētā, neq; arte aliqua cōtineri ubiq; procla,  
matur.

Ad rēpus in quo nōdu  
erant leges conside  
ratio dirigendū.

legum lafores  
- primi

Ad Ratē natura  
lem recurrendum.

**H**ec aliquo meū reputans in diuerticuli medita,  
tionu mearū secēdens, ad illud prisū & rude seculū cō,  
fingēs me retuli, ubi nōdum erāt leges inuēte, Nec ad,  
huc illustres legislatores floruerāt, Obi nō moyses iu,  
dicialia Instituta dederat hebreis, Nō Zoroaster bar,  
trianis et persis, Nō trismegistus egyptijs, Nō Minos  
cretēlib⁹, Nō Charondas carthaginēlib⁹, Nō Licur,  
gus lacedemonijs, Non Draō & Solō attheniensib⁹, Nō  
Kamolchis scythijs, Non diuus Plato magnēsijs & sici,  
lis, Nō Phoroneus grecis, Non Radamāthus forlā  
bethicis, Nō postremo cultiberis seu hispanis Tubal,  
neq; gothis Henricus ille prisus leges scriptas red,  
diderant. // Ego itaq; q̄si legū ac legis, <sup>latores</sup> adminiculo ra,  
rens / ad solū ratōis naturalis lumē cōuersus tētavi (si  
possem) auidā rudi & m̄docte hōminū puta Indorū  
multitudini aliquā prescribere formulā: quam lon,  
ctate uberius & utilius cōuiuere possent. Inde coepi al,  
lucinando legū fontes inuestigare. Et ingrediēs legalē  
laberinthū, ut ita dixerim, ne per amfractus et ambu,  
ges eius in extricabiles diuertēs deperirē, filiū ad ostiū  
defixi (velut theseus) quo duce ad Introitū redire liceret.

Ex frequēti cōsuetudine  
& p̄mis rōi p̄ncipal  
Inaemunt legum  
fontes & ars civilis.

De p̄ncipis legū solū  
hic asserere fuit deans.

**E**x frequēti <sup>ergo</sup> ingressu & egressu (ut minos in antro  
Louē cōsulens) fontes legales artēq; ciuile bonis auspi,  
cijs Inuenisse me credēs hūc librū cōposui Ratēs et  
origines legū tūtisper designātem. Quē de legū fontib⁹  
et arte ciuili epithoma idest abbreviatōz et recapitula,  
tiōm Intitulauī. Ne qui ad eruendū alioz uti alionis  
oculos sunt parati: putarēt me oīa flumina legū et cōmē,  
tarioz maria hoc libro cōgerere, Neue totas p̄dictas  
cū suis glosis et lecturis tā ordinarijs q̄ extraordinarijs  
hic a me diffusius declarandis expectarent. Ille quidē la,  
bor immēsus nō solū vires pauca las meas, sed etiā multo,



tu ingenia & hominum etates excederet. Et illud tētare pre-  
 sūptuosum ac superbū/ et a proposito meo sub cōpēdio (ut  
 decens erat) artē cōflare cupiētī satis alienū. Sat ete-  
 nim fuit (si placet) ad scopū et finē Intētū dirigere leges,  
 atq; eaz multitudine Intra certos limites cōprehēdere siue  
 includere. Quibus cōgnitis generaliter cōgnitis ad spem,  
 alia et particularia nō erit (ut opinor) tā difficilis des-  
 cēsus. neq; merito Improbabitur medicus: qui curare a-  
 udet corpus: cuius anothomiā ignorat. Sane noue huic  
 inuestigatōi multos nō applausuros cōpicio. Sed forsitan  
 necessaria & utilē aliqui et si pauā deo propitio experi-  
 ent: quibus erit <sup>summa</sup> munerua gratior. Nū parū illis videbitur

Dū saturitate  
 in particularib;  
 hinc nō speraue-  
 rint prouēcturā.

Correatio & fauor huic  
 operi ad nō arduū in  
 ploratue.

**V**erū quicquid sit hec Inuētio mea, prodire nō audebit  
 in cūpū: ubi tot malignoz phalāges in quēlibet scrip-  
 turē maxie in nostra hispania acriter in surgere solent,  
 si nō afflatus, vigor, et audacia michi Imbelli et timido a-  
 liunde cōparent. Vñ s; lima & correatio opportuna, fauor  
 & auxiliū operi tā necessaria adueniant/ vitā ei/ vires/ vi-  
 gore, et fulamētū allatura. Hec autē sperare michi nō licet  
 ab alio cōfidētius certūsq; q̄ a tua Illustrissima dominatōe  
 Presulū omniū ornatissime. In quo caelestias decore/ pna  
 dentia gubernatiua/ sapientia omnigena/ heroyca virtus/ si-  
 mul cū mira quadā patientia seu equanimitate refulgēt,  
 a quo itidē erija bonas artes fauor & studiū Impendant.  
 Dilectōz uero et benignitatē erga me tuā iam pridē ex-  
 pertus sum cū dei laude & gratiarū actione.

quētem flatibus  
 ignē. Et mētes  
 veluti talpas terrā  
 subtrōdentes ad  
 altiora pncipia  
 meo incitamento  
 eleuari. tenta-  
 mus quidē pro  
 viribus destag-  
 nis potātes tur-  
 bidis ad limpi-  
 dos reducere fon-  
 tes/ sapientibus  
 ouasi cōm prestā-  
 tes: qua supiēna,  
 res euadunt.

**S**uscipiat igitur benignissima dñatio tua hilari frō-  
 te hoc epithoma, quod tuo grauissimo nomini deditū.  
 atq; illud tua correctiōe perficere, tuiq; fauoris sub vexil-  
 lo recipere et clipeo munire digneris ad tua genua pro-  
 uoluitus humiliter obsecro.

Valeat diu R<sup>ma</sup>. Donij. tua ad petri  
 Sedem / ut pie creditur / Destinata.

Argumentum Lucij Mari-  
nei Siculi in Epithoma iuris  
de legum fontibus, et arte civili.

**Q**uid sit religio, quid pax, concordia, quid lex  
Iustitiae munus, quid sit et ordo fides,  
quid scelus improbitas, quid prava calumnia, quid lis,  
qua bona, qua mala sint, hoc tibi pandet opus.  
Sumite Pontifices hinc normam, sumite Reges.

Ciuiibus et populis qui sua iura datis:

Et primata quibus res est, et publica cura:

Hae non errabunt si documenta legent.

Continet haec sanctos quoniam noua regula mores,

Stare domos, urbes, regna, fidemque docet.

Hec igitur precepta legant quicumque gubernant

Et qui iustitiae usque forumque tenent.

His sine fraude potest dubitas decidere causas

Si bonus es iudex, et sine lite potes.

Hinc potes obliquum, potes hinc cognoscere rectum,

quod fas, quodque nefas, hoc manifestat opus.

Si placet hoc igitur lector tibi scandere caelum:

Elige, Galindus quod tibi monstrat iter

quem non ambitio, non gloria mouit inuadens

Non succum, magnas sed pietatis amor.

**A**rgumentum. D. Ioannis Huz  
tado de Mendoca in idem epitho  
ma: ~

**P**rinceps illa trium virtus inuicta sororum  
Velle cui constans. Et in omnia secula florens,  
Que tribuens ius cuiq; suum nudo ense coruscet,  
Hoc in libro aperit Francisco auctore Galindo  
Nectaris abstrusas uenas mortalibus. Unde  
Flumina labuntur legum sine murmure magno.  
Sicut magna solent, voluit no ille coturnos  
Induere hic tragicos, facili sed currere penna  
Multis natus homo, timuit nam scribere paucis  
Sed minimum damnum uobis copensat abunde  
Diuite pulchrum, et uariarum ponderere rerum  
Nam q; diu optatam redigit ius primus in artem  
Naturæ q; duo reserat documenta ad amissim  
Queis conseruari, necnon augetur omnis  
Se res sponte cupit, sibiq; aduersantia uitat  
Unde uenit nobis ciuilis structio coetus.  
Sed duplici ex hominum genere urbs coponit' intus  
Hos priuata capit, capit illos publica cura.  
Instruiturq; eadem facile tribus instrumentis  
Singula quod primum est, in ciuica munia adaptat

Quod sequitur res distinguit comunicat ipas  
 Ultimum hic insurgit populi Symphonia mira.  
 Urbs premunitur rursus triplici armamento.  
 Prospicienti oculo mentis. Et cuncta regenti  
 Iudicio Et bello pacis captante quietem  
 Insinuat se aeno, tribus his suffulta columnis  
 Coniugio primum reficit quod viscera mundi  
 De in supplemento rei deficientis in usus  
 Legitimos populi, tandem concordia amica  
 Munere civili functos qua a scribit Olympo.



Argumentum Authoris

**I** Soluta oratione cōpositū

Justitiæ virtutum Regine regiaeque  
providentiæ fontes describunt.

Vnde derivantur flumina legum.

Iusq; in artem redigitur, ante hac non visa.

**¶** In primis duo naturæ instituta præsignat.

Conservatio scilicet cuiusq; rei, et augmentū.

Et a contrarijs necessitas defensio, atq; propulsatio.

Ex quibus emanat civitatis cōpositio.

**¶** Civitas igr̄ ex duob; hoīum generib; cōponit.

Ex adjuvantibus vitam.

Ex regentibus, seu gubernantibus ipsam civitate.

**¶** Deinde trib; instruit ipsa civitas atq; cōmonet.

Applicatione scilicet civium ad officia singulis deputata.

Rezum, seu dominiorum distinctione.

Mutuaq; civili cōmunicatione.

**¶** Rursus eadem civitas tribus velut armamentis p̄munit.

Providentia.

Iudicio.

Bello.

**¶** Tribus deniq; adminiculis ipsa eadem perpetuat.

Matrimonio.

In locum deficientium aliorum substitutione, seu sub-  
rogatione.

Et alma concordia.

**I**n summa itaq; Ciuitas hic componitur. instruitur, ac primum mitur, perpetuaq; reddi- tur, ad que omnis lex dirigitur. que est ciuitatis compositio cōis: secundum qua omnes decet uiuere qui in ciuitate sunt.

Ciuitatis.  
Demostenes.  
ff. de legib. l. 2.  
Aristo. p. politi.  
.c. 1. in fi. c. 3. po-  
liti. c. 1. Marzi.  
ficimus in ar.  
ad. j. de legib. Pla-  
tonis.

**D**e legum fontibus: Et arte ciuili  
Epithoma ~~Epithoma~~  
~~S. h. d. d. d. d. d.~~ in Hispania  
rerū puatarum Caesaris cōsultoris.

**I**usticie virtutum Regine regiq;  
prudencie fontes, unde tot flumina legū,  
totq; cōmentariorum maria deriuant.  
Inuestigare semper ab adolescentia ami-  
mus meus ardentem anhelat. Dum ne-  
cessarium fore credideram ius in artem  
redigere, et ueluti per spaciosos campos  
dispersum in ordinem egeze, atq; uaria  
et immensa (si fieri posset) abbreviare vo-  
lumina.

Regine. aristo. q. ethico.  
aug. 4. de ciuitate dei c. 4.  
abulensis. de uero. c. 20.  
. 9. 3.

Legū fontes inuestiga-  
re ius in artem redigere,  
immensa abbreviare  
cupit.

Difficulus operis.

**S**ed tantam negocij molem humeris impo-  
nere teneris parumq; firmis, uisa est irridē-  
da temeritas. Ardua prima uia est, media  
atq; tantū pondus gestantem per inaccessibiles rupes ascē-  
sum descendūq; tentare uisa est irridenda temeritas.  
Ardua prima uia est, media

Ardua. ex  
Ouidio. 2. me-  
tamor.

est altissima caelo. Ultima ad precipitium p[ro]p[ter]a.  
 „Enimvero Sors mea mortalis, mortaliumq[ue] infima certe.  
 Non est tamen mortale quod opto. Quandoq[ue] de  
 res pene infinita innumeris difficultatibus  
 oppleta, inextricabilibus laboribusq[ue] a fractibus  
 inuoluta, excelsum uirum omnibus numeris  
 absolutum a negotiorum procellis liberu[m] exi-  
 gebat. Insuperq[ue] per multa tempora in expe-  
 rientie fornace decoctum. <sup>diuinoq[ue] splendore illustratum.</sup> Unde dum iuuenili  
 calore quondam in hoc ordiret telam, repen-  
 te ad mentem rediens succidi, q[uo]d opus despera-  
 tum nunq[ue] mea tunc opinione illud resumptu-  
 rus derelinqui.

Arduu[m] quippe ori-  
 gines p[ro]mpt[er] rantes  
 tantaru[m] q[ue]rere rez.  
 Dispersa de p[ro]p[ter]a, exo-  
 luta innumerisq[ue] sub  
 arte colligere co[m]pendia,  
 la etia[m] ingeniosis al-  
 tissimu[m] apparet. Im-  
 mensa deniq[ue] ad men-  
 sura[m] reducere uelle in-  
 sciantis profecto ar-  
 sui ruina[m] precipitiumq[ue]  
 paratis esse uidetur.

Nature vis ad opus  
 Inuolat.

¶ Verum mira quedam natura vis atq[ue]  
 energia temporis intercapedine semisopita  
 iterum me nunc uelut afflatum rapit, et  
 ad ea studia reuocat quasi inuincibili fato,  
 et sicut auicule quedam ignem candele  
 nequeunt dimittere, in eoq[ue] priusq[ue] fugiant  
 adurunt. Sic ego ad meum malum, et ubi  
 mihi pereundum est redeo, nec aliud mihi  
 (ut uideo) hoc studium q[ue] mors adinet. Ad-  
 uersus igitur nature instigationes incitame[n]-  
 ta quascuq[ue] diuina precepta reluctari non  
 ualens. Ecce rem ipsam atq[ue] redior, eiusdem

¶ Natura uis. Ex  
 Erasmo in antibar-  
 barorum libro.

¶ Auicule. Aneas  
 Syluius, in prefa-  
 tione de gestis concilij  
 Basiliensis. Parabo-  
 la. Erasmi co[m]m. 142.

7  
nature, tamq[ue] optime ducis paulatim uesti-  
gia sequens, ibi sub onere ruiturus, ubi  
me eius afflatus dereliquerit. A diuino  
tamen benignoq[ue] flamine naturam sine  
mensura superante semper auxilium  
sperabo, cuius altissimam diuinitatem  
humiliter deprecor, ut ceptis faueat, aspi-  
retq[ue] meis primaq[ue] ab origine legum, ad  
mea foelicem deducat tempora prosam.

Aspiretq[ue]. Ex  
Ouidio. p. metamor.

Variis modis copo-  
nendi articulos

**E** nim uero quibusdam visum est totam  
iuris artem sub tribus articulis comprehende-  
re, quia (ut inquit) ius uersatur aut  
circa personas, aut circa res, aut circa  
actiones. A hijs uero in quatuor partes di-  
uiserunt, in crimina, in contractus, in  
ultimas uoluntates, et in iudicia. Sed  
et quidam in septem partes hanc sunt  
partiti provinciam, tractantes in primis  
de Deo eiusq[ue] ministris, deinde de Impe-  
ratoribus, et Regibus, et eorum officiali-  
bus, et modo generali regendi. Post uero  
de iudicijs. Item de coniugijs. Subinde de  
contractibus. Subsequentem de ultimis uo-  
luntatibus. Demum de criminibus. A hijs  
summam huius negocij uarijs consideratio.



nibus attingerunt. Mihi autem artem a natura traducere anhelanti, et fontes legum aperire cupienti, diuersa uia hanc rem tradere visum est.

**C**iuitas igitur que est multitudo hominum uno societatis vinculo colligata, siue unus loci, siue plurium, quod regnum et imperium appellarunt. ita in hoc libro a nobis est componenda, ut ius civile huic ciuitatis compositioni necessarium a naturalizatione et iustitia tractum ostendamus. Ponemus itaque nature primum profundumque institutum tanquam abissum a quo ciuitas deriuat in quatuor fontes discurrens. Unde iterum legum particularia flumina fluant, prout sequenti partitione apparebit.

*Multitudo. Aug.  
In p. de ciuitate di. ysi  
d. 14. et hmo. c. 2.  
Caxetang. de institutione  
reipn. l. 1. c. 2. a 20.  
In summa ff. de p. p.*

### **A**bissus.

**C**onseruatio et defensio debita cuiuslibet rei a natura peperit ciuitatem. Unde quatuor fontes emanant.

### **P**rimus fons.

**C**iuitas componitur ex duobus generibus hominum, ex illis uidelicet qui conseruant adiuuant et custodiunt vitam humanam, et ex illis qui regunt custodiuntque ciuitatem.

**¶ Secundus fons.**

**¶ Civitas est dirigenda et comouenda tribus instrumentis. Applicatione ad officia. Distinctione dominiorum. Communicatione.**

**¶ Tertius fons.**

**¶ Civitas tribus armaturis custoditur et communitur. Providentia. Iudicio. Bello.**

**¶ Quartus fons.**

**¶ Civitas tribus adminiculis perpetuatur. Coniugio. Substitutione personarum. et Concordia.**

**¶ Ex his perlacidis fontibus componitur ars civilis tamquam quoddam stagnum in quod se recipiunt atque concurrunt. Unde iterum deriuantur flumina legum.**

**¶ De legum fontibus.**

**Liber Primus:~**

**¶ Capitulum . I.**

**¶ De primo nature instituto, quo vita queque res sui conseruationem et augmentum appetit, contrariaque propulsat.**

**I****N primis quidem omnia sui conseruationem in suoque esse augmentum ardentissime**

Conseruatio, et  
defensio, cuiuslibet  
rei debetur.

appetere nullo monstrante cognoscimus, alioquin natura stultitiam inanemque laborem irrisuri. Neque enim hec inter se congruere possent, ut natura procreari aliqua vellet, et diligere et seruare, procreataque non curaret. Hinc duo natura instituta seu potius vnum omnibus in rebus impressa indelebiliterque affixa ac innata videmus. Quorum alterum in uolendo, amando, et procurando necessaria ac consentanea conseruationi et augmento sui ipsius consistit. Alterum vero in odiendo, fugiendo, resistendo, propulsandoque ea quae sunt tali conseruationi et augmento contraria, seu quomodolibet repugnantia. Videmus etenim pueros rationis expertes: caetera quoque animalia istius iuris peritia censeari. Decursio et uarietas humane naturae et paulatim egens curatione, non aliter ad bene habendum reuocatur: licet prima eius gubernentur principia: nisi etiam quod particulare ei resistit corrigat. Tria in arte diuina tria quoque in natura videmus vestigia, ordinem quo singula disponuntur, efficacem progressionem, et proprium quasi pastum,

Repugnantia. Cicero .j. de officiis. ff. de iusti. et iure. l. ut vim. si quadru. paupe. feci. di. l. i. §. cum arietes. ad. l. Aquili. l. Scientia. §. qui cum aliter. §. l. itaq. de seten. exco. c. Si vero. cle. Pastoralis. de re iudi.

Censeari. Insti. de iure natura. in pn.

Corrigat. in aucten. de restitutionibus. et ea q. parit. in prim. colla. 4.

Capitulum .I. De pmo nature instituto.

ad q̄ omnia properant, munissimam de-  
 niq; structuram a generantibus adhibita  
 genitis, et uaria propugnacula naturam  
 propriam a contrarijs defendentia. Tria  
 similiter in arte humana quidem omni,  
 maxime vero ciuili esse debent. Ut singu-  
 la et sapienter prius q̄ fiant excogitentur  
 et mature strenueq; expediantur, et ea for-  
 ma qua excogitata ex promptaq; sunt ser-  
 uentur atq; fortiter defendantur. Conser-  
 uatio igitur et defensio cuiq; rei a natura  
 debetur. Ad hec namq; instrumentum  
 secundum operationem qua indiget. Unde  
 inuenimus pedes animum quæ carne pascunt  
 quasi in curuos ac signuatos ueluti in prædâ  
 paratos. Ea uero quæ natandi consuetudi-  
 nem habent et usum, latos pedes habent,  
 et membrana quadam illos digittos pedu  
 sibi copulsatos atq; coïunctos. In quo admi-  
 rabilis patet ratio nature, ut et ille ad volan-  
 dum uel ad capiendum cibum usu accomo-  
 da fulciant, et iste ad natandum habeant  
 adiumenta cōpetentia quo melius agant  
 supernatare valeant. Et quasi remis quib̄  
 dam ita pedibus suis membranis illi extēsiōe

Conueniens instrum<sup>tum</sup>  
 dat unicuiq; rei natu-  
 ra, quo indiget.

Defendant, Marsilius  
 ficinus. in arg. ad .M. ii.  
 Dialogum. de legibus  
 Platonis.

Indiget. Aristoteles.  
 libro de animalibus.

natura ipa dat uni-  
 cuiq; rei conueniens

Cicero  
 sti. et  
 adru.  
 Cum  
 I. Sci  
 aliter  
 xco.  
 alis.  
 De  
 pn.  
 ten.  
 rea  
 lla. 4.

latioribus aquarum fluentia propulsent.  
 Leo quidem, et aper, et si quid simile suffi-  
 cienter pro salute sua virtutem naturalem  
 possidet. Insunt tauro cornua, pernicitas  
 lepore, ceruog, saltus ac certus intuitus et  
 alijs animalibus magnitudo. Ceteris pro  
 pro homines oris officium. Volatilibus  
 quoq, penarum officium quibusdam ros-  
 tra quibusdam ad prece et tenacissime ungu-  
 le, quibusdam ora rigida, alijs dentes, api-  
 bus aculeos, alijs tibiae et ceruza ad fugam  
 prompta, alijs durissime calces. Cunctisq,  
 proorsus unum naturale presidium constat  
 esse collatum. Varia q, tegumenta tribuit  
 natura animantibus, testas, cortices, coria,  
 spinas, setas, pilos, plumam, penas, scamas,  
 vellera. Suis, <sup>etiam</sup> ex se pellibus texit natura  
 animalia, quo facilius possent vim pru-  
 narum ac frigorum sustinere. Singulis  
 itaq, generibus ad propulsandos impetus  
 externos sua propria munimenta costi-  
 tuit, ut aut naturalibus tellis repugnet  
 fortioribus, aut quæ sunt imbecilioza sub-  
 trahant se periculis pernicitate fugiendi,  
 aut que simul et viribus et celeritate indi-  
 gent,

Propulset. Isidorus  
 .12. ethimologiarū,

Collatum. Grego.  
 Nicen<sup>o</sup> lib. de imagi-  
 mundi. Vincentius  
 Spec. naturali lib. 22.  
 .c. 22. Plini<sup>o</sup> .7. de na-  
 turali hist<sup>o</sup>. Lactati<sup>o</sup>  
 .8. diuinarū instutu.  
 Tho. j. c. 2. de regi-  
 mi. princi. Florian<sup>o</sup>  
 .l. itaq, ff. ad. l. acq,  
 .2. parti. titu. i. l. 7.

Cap. .I. De pmo nature instituto.

astu se protegant, aut latibulis sepiant.

¶ Patet. Ibid. c. hino. 12

Patet etiam quadam naturali sollertia  
callere uolucres in nidis construendis, in  
pullis educandis, in insidijs præcauendis,  
in mutationibus aeris ac temporis explo  
randis & cognoscendis, in morborum q̄q̄  
remedijs adhibendis & huiusmodi, quedam

¶ Remedijs. Erasmus  
parabolarum cō. 131.

pugnantes inuicem origanum syluestre  
super plagas in remedium apponunt. Hy  
rundo in nidis construendis soletissima  
quoddam etiam præcium habens lapsura  
deserit culmina per fluxuosos circuitus  
volans nunq̄ ceteris auibus efficit præda.

¶ Lumina Vincentij.  
Spec. nãli. lib. 16. c. 16.  
lib. 22. c. 17.

pullis suis cecitate perfusis, quodam medi  
camine reformat lumina. simulatione  
quoq̄ & arte & viribus uti animalia com  
pertum est ad victum suum filiorum q̄, &  
pro defensione uitæ & rerum suarum &  
filiorum. Quidlibet sibi necessarium.

Latet in botauro de genere accipitrum, in  
vulpe, in Aquila, in Cygno, & in ceteris  
animalibus, quorum proprietates, mores  
& consuetudines, cum nostris oculis, &  
aliorum telatu comperiamus, hoc manifestum  
nobis relinquitur. ¶ Quodlibet etiam

¶ Relatu. Plinij de nãli  
histo. & Aristo. de histori.  
animalium lib. de proprie  
tatib' rerum. Vincen. spec.  
naturali, & spec. doctri.

is  
u.

go,  
igie  
157  
.22.  
e na  
tati  
tutu.  
egi  
an.  
cql  
7.

De legum fontib<sup>9</sup> Libez .I.  
 elementum habere videtur ius occupandi certu  
 in universo locum, adeo ut naturaliter illuc  
 tendat & alia inde naturaliter expellere  
 vitatur. Ius etiam agendi in contrarium  
 sui corruptivum, uel saltem ad resisten  
 dum eidem. Generale quoq; ius est cuiq;  
 accipiendi escam sue uitę conseruationem ra  
 tione naturalis domi, scilicet existentie a deo  
 sibi concessa. Vnumquodq; <sup>etiam</sup> naturaliter  
 etiam insurgit contra nocua ad quod  
 vim irascibilem animantibus natura  
 dedit. Que cum cernimus nature ipsi<sup>9</sup>  
 uocem audimus. Sunt etenim leges natu  
 re, non litteris scriptę, sed moribus  
 impressę.

Ad resistendu. Conradus  
 trac. de contractib<sup>9</sup> qon  
 7. 6. conclusione .j.

Cöceptę. Conradus  
 ubi supra.

Dedit. Tho. p. 1. 2. q.  
 108. Vincen. spec. morali.  
 lib. 1. pte. 3. dis. 75. f. 2. p. p.  
 docti. ti. 6. c. 11. §. 2. 4. pti. titi  
 quinto. l. 13.  
 Audim<sup>9</sup> Cicero. p. de offi.

Impresse. Ambrosius  
 in exameron.

Capitulum .II.

De ciuitatis constitutione seu ciuili

congregatione  
**A**D facilius habendum victum  
 alia q; necessaria, & ad periculum propulsa  
 da scimus animalia societatem imre  
 Grues, apes, formicas, & lupos in preda.  
 Aquaticus etiam quibus hec est causa gre  
 gatim natandi, quia plures simul non  
 tam facilitate infestant. Inter cetera ani  
 malia

Ad conseruandum  
 defendendumq; hor  
 minē necessario cōs  
 tituitur ciuitas.

Grues. Ambrosius in  
 exameron. Isido. et hmo.  
 h. c. viciaq. spec.  
 natu. h. c. abulc.  
 leui. r. ii. q. 40.

Societate. Cicero. 3. de  
 fimbis. Tho. 4. de re  
 gimine principum.

Apes. Caytanus  
 de insti. reipu. lib.  
 1. 5. titu. 2.

Infestant. Vincen.  
 7. Spec. nali. lib. 16. c. 34.

Cap. II. Decimitatē cōstitutioe  
 animantia pluribus, & grauioribus mise-  
 rijs indigentijs & necessitatibus homo cōprimi  
 tur ac circumagitur. Ceteris facilius instinctum  
 medicamentum, uestes & tegumenta, & arma  
 natura parauit: at hominem longo discursu  
 rationis delicatiori esca indigentem, nudum  
 inermem, infirmum inter ferarum feroces de-  
 tes, & ungues, & calces, atq; uenena, inter casus  
 inopinabiles, qui præuideri non poterunt cōsti-  
 tuit. Quamobrem multorū auxilio indiget  
 quod alter alteri succurrat, ut sic omnes uiuere  
 queant. Non enim quis conseruare se ipsum  
 potest, & a contrarijs multis se inestantibus  
 defendere atq; p̄sumere sine multitudine ho-  
 minum, qui diuersis operibus, & artibus ad suf-  
 ficientiam uitæ humanæ intendant, ut indi-  
 gentia vnius, per abundantiam alterius supplē-  
 atur. Ex quibus ciuitas constituit, que est  
 multitudo hominū in uno societatis vinculo al-  
 ligata. Nemo enim ad omnia officia, ad omnes  
 artes quibus indiget sufficiens inuenit, nec  
 natura nascitur, nec inclinatur, neq; exerci-  
 cio efficitur. sed vnus ad vnum, alter ad alterū  
 naturaliter adaptat. Non oculus ambulat,  
 nec auris odorat, nec membrorū officia in

Quamobrem. Ex Platōe //  
 2. de repu. ex Aristote.  
 p̄. politi. & 3. politi. tracta.  
 2. c. 1. ex Cicerō. p̄. de of-  
 ficijs, & in lib. de amicitia  
 & Tho. in p̄. & 4. de regi.  
 princ. ex Cayetano in  
 p̄. de institu. zeipu. t. 3.  
 Ex Lucoberto. In li. de natura  
 deoz. ex abulen. In tract. de  
 opima polita. numero. 60.  
 n̄ sequitur. & in prologo super  
 suo super matthū. 9. 12. rō.  
 3.



De legum fontibus Liber .I.  
corpore humana confunduntur, sed alterum alterius auxilio semper indiget. Interdum fesse succedit lena sorori alternantque vices. Cui hanc societatem hominum et mutuam conversationem natura voluerit, linguam unius oculorum intellectus voluntatisque sua conceptum enunciatricem, quos in aurem alteri transfundere posset: formavit. Atque appetitum homini ad communicandum opera sua multitudini ardentem intulit, ut per quam molestum sit alicui quid intelligere vel magnificentum, aut preclarum aliquid operari: si in multitudinem non spargatur ac diffundatur. Natura nihil solitarium amat. Si quis in coelum ascenderet, naturamque mundi, ac syderum pulchritudinem contempleretur, veteres dixerunt talem illi admirationem sine amico vel sociis insuavem fore. Civitatis ergo institutionem natura voluit, consequentemque legem, quam dicimus civitatis communis compositionem esse secundum quam omnes qui in civitate sunt vivere debere. Alioquin suo divino et admirabili opere id est homini natura frustrabitur, et instrumenta ad hoc tendentia, linguamque

Hanc civilem societatem naturam voluisse ex aliquibus constat.

Interdum. Ex Virgilio in moeto.

In coelum. Cicero libro de amicitia.

Civitatis. ex demosthenis renerdaro. ff. de legibus. l. 2. ex aristotele. p. politico. c. 1. et 2. politico. c. 1. ex marsilio filiano in argum. mto ad 1. de legibus. Platonis.

Cap. .III. Ex quibus componitur civitas.  
audium, appetitum qualia expressimus  
frustra & in casum fecisse deridebimus.

Huius totius operis  
partes & fundamen-  
tum.

Hec autem civitas seu civilis societas aut  
si maius multitudinis coadunatio ex duobus  
personarum generibus nobis est in primis insti-  
tuenda. Tribus deinde velut instrumentis  
dirigenda ac commouenda applicatione videli-  
cet ad officia, & rerum distinctione, & commu-  
nicatione. Tribus item velut armaturis  
custodienda atque communienda providentia,  
scilicet iudicio & bello, Tribus denique perpe-  
tuanda admniculis, matrimonio, persona-  
rum substitutione civili, & alma concordia.

Capitulum .III.

De generibus hominum ex quibus  
civitas componitur.

SI verum est quod ad precauendas indi-  
gentias & necessitates, que humana vite insi-  
diantur, homines congregantur, eas prenoscere  
oportet, ut ad unamquamque proprium offi-  
cium & ars ordinetur. Vite quidem nostre  
minantur quotidie interitum, & defectione,  
fames, frigus, calor, vigilia, labor, irrationa-  
lium ferocitas, infirmitas, tristitia, tedium,

Necessaria vita  
describunt, atque offi-  
cia in civitate constitu-  
ta.

Vite quidem. Ex /  
Platone in 2. de repu.  
ff. de nudimis. l. 2. ex  
Cicerone. 2. de offi.  
ex Aristo. p. politi,  
& in 4. politi. trac. 2.  
. c. 1. ex. 2. pt. ti. 20. l. 5.  
ex Platone in civili,  
Clemens. 9. recognitionu  
fo. 139. Cayeta. de insti.  
reipu. lib. 1. ti. 7. & Job.  
14. & ibi njo. de lyra. sup  
p. 10. v. 18. r. 15.

anxię curę. Aduersus famę ordinantur  
 alimenta nobis prestantes, uel ex sua subs-  
 tantia ut nutrices, uel ex terra ut agricolę,  
 uel ex animalibus & pecoribus, ut pastores  
 aucupes, uenatores, & piscatores. In feigus  
 & calorem fabricatores edium & indumē-  
 torum, seu ornamentorū. Contra uigiliā  
 & laborem qui lectos faciunt. & lectorū  
 ornamenta, sedium ac sellarū fabri, bestia-  
 rum dormitores. Contra irrationalium fe-  
 rocitatem, arma mentarij. aduersus mor-  
 bos & infirmitates medici, chirurgi, & apo-  
 thecarij. Contra tristitiā, tedium & an-  
 xias, curas, recreationē ministrantes. Quia na-  
 tura hominis sine hac diu durare non possit.  
 Et hi omnes artifices alios se adiuant  
 & preparantes sibi necessariam materiam  
 requirunt, qui & ratione uarię forme &  
 materie quibus operantur, diuersificant.  
 Sunt & alij qui cum hec nō faciant, uel  
 aliunde, uel a facientibus euehentes in-  
 digentibus subministrant. Ex quibus  
 ciuitas incolis sufficiens redditur.

¶ Rector seu guberna-  
 tor in ciuitate, eiusq;  
 ministri necessarij.

¶ Sed eam subsistere durareq; minime posse  
 nec ad finem nature intentum peruenire.

¶ Sed eam. Ex Aristote.  
 4. politi, trac. 2. c. 1. ex  
 Tho. p. de regi. princi.  
 Abulę. de iur. c. 16. q.  
 7.

evidentissimum est sine rectoris & gubernatore, qui vice naturæ ad eundem finem homines ducat, passiones ac perturbaciones eorum que in multitudine crebro suscitantur moderetur, & limitum naturalium transgressores societatisque conturbatores reprimat. Qui ad unitatem & concordiam (que est civitatis vita) discordantes atque dispersos reducat. Qui multitudinam presideat, veluti deus in universo, ratio in homine, naviculus in navis. Veluti in apibus princeps unus, & grues & coturnices unam sequuntur ordine composito. Sed hic talis necessarios habet ad tantam curæ molem sustinendam plures officiales, qui ei in hoc officio subseruiant & subsequantur. Veluti in rerum natura causam primam, causas secundas per quas operatur, habere dignoscitur. Rationi hominis in officio regendi subseruiunt quinque corporei sensus & alij interiores. Veluti etiam pro certo perhibetur cum apium turba est in labore, Rex ipse apum intus operatur, circuit & hortanti similis. Circa eum vero quidam satellites lictoresque, assiduique custodes. Necessario itaque nostra civitas componetur ex sustentantibus vitam humanam

In apibus. 10. 7. 7.  
apibus. 9. 7.

Rex. Ex

Ex sustinentibus & custodientibus ipsam civitatem & hominum multitudinem, qui eam ad felicitatem temporalem & corporalem perducant.

¶ Alij ministri, & alter finis gubernatori necessarij respectu animae.

¶ Verum cum natura hominem ex duobus eo cepit, ex corpore videlicet, quod corruptioni & morti subiectum, & ex anima quam incorruptibilem & immortalem etiam corpore in pulverem redacto semper duraturam credimus & aliam felicitatem altioribus vijs eternam tunc consequituram rector civitatis ad hominum salutem constitutus huc quoque respiciet. Idcirco ad hanc partem officiales opportunos habebit. Quorum naturalia & divina fundamenta aptiori loco iacemus, nunc tamen hec tetigisse sufficiat.

¶ Ex duobus hominum generibus componi civitatem, ex natura probatur.

¶ Hanc itaque civitatis compositionem ex illis duabus partibus consistentem in cuiuslibet hominis anima non cum magna difficultate cognoscimus. Vbi sunt potestates & officia ordinata. Superiores virtutes imperant, regunt, & moderantur. Sed et virtutes inferiores obediunt & famulantur. Inferiores autem sunt vegetativa, & sensitiva sub vegetativa sunt nutritiva, augmentativa

¶ Cognoscimus? Raimundus in theologia naturali titu. 105.

generativa

generatiua: et iste habent quatuor alias vir-  
tutes eis famulantes & ministrantes, continētes  
scilicet appetitiuam, attractiuam, quarum  
officiū est cibum desiderare & accipere, re-  
tentiuam cuius est cibum retinere, digestiua  
cuius est cibum coquere & digerere, & virtutē  
expulsiuam, cuius est superfluitates expelle-  
re & bonum chylum in membra diffundere.  
Ad harum exemplum & modum sunt in  
ciuitate multitudinis agricole, pastores &  
ceteri artifices, & mercatores. Sub sensitua  
sunt quinque corporei sensus exteriores, visus  
auditus, odoratus, gustus, tactus. Item sunt  
sensus interiores id est sensus cōmuni fantasia  
estimatiua seu imaginatiua & memorati-  
ua. Est & alia virtus motiua. Quibus omni-  
bus tamq̄ officialibus utitur sapientia virtus  
animæ que est intellectus & uoluntas que  
regit & imperat. Sufficiens ergo ex illis  
duobus personarum generibus ciuitatem cō-  
stare ab exemplari natura deduximus.

uoluntas

Capitulum. III.

De applicatione ciuium ad  
officia & rerū distinctione.

Tribus instrumentis  
instruitur ciuitas, quibus  
ad suū mouet⁹ finem.

Primū applicatio ad  
officia.

**S**I Verum est quod ex diuersis officijs et arti-  
bus compaginat⁹ nostra ciuitas ad seruandam  
comunem omnium uitam contra illa que  
diximus eam multipliciter ledere ac infestare  
ut omnes simul adiuuent⁹ vnus suppleat defe-  
ctum alterius, necessario tria instrumenta ad  
hec operandum conflanda sunt. Applicatio  
cuiuslibet ciuis ad officium et distinctio, seu  
diuisio rerum. Item communicatio operis et  
rei quibus vnus abundat facienda alteri qui  
cuiusmodi indiget, quam rerum translationem  
appellamus. Frustra sunt etenim artes et  
officia per singulos distributa, si eis singuli  
non adaptentur nec applicent⁹, uel si quidam  
curent, alij negligant. Non perficietur ædifi-  
cium seu opus quod ex pluribus partibus consis-  
tere oportet: vna deficiente, quod sufficienter  
prouidebit⁹ hoc vno, si auertentibus se ab ali-  
quo in ciuitate necessario officio non subminis-  
trant aliunde necessaria. Et cum ad malas  
artes ciuitati nocuas taliter otiosus pro ali-  
mento, et alijs sibi opportunis habeat proculdu-  
bio confugere. Consultius ueteres putauerunt illi  
a ciuitate cum ignomina expellere malo cor-  
tissime uenturo preoccurrentes, uelut apes

Applicant⁹. Plato in  
4. de republi. 10. colu.  
Cicero.

Malas artes. Eccl. 33.  
de renuncia. c. nisi cu-  
pidem. Caieta. de insti-  
reipu. lib. p. titu. 6.

Veteres. in aucten.  
de questore. §. Si uero.  
uite occasione. Plato  
8. de republica

ignavum pecus phucos a prescribis arcent?  
 occiosi enim & ignavi iuvenes venenum civi-  
 tatis, promi ad libidinem fiunt, bonis invidet,  
 aliena appetunt, & demiq; sediciosi, & turbu-  
 lenti evadunt. Si omnes unanimiter in  
 comune laborarent, communibus laboribus  
 vescerentur omnia haberent communia af-  
 fectu quisq; sua reputans omnia creans sibi  
 & alteri equaliter servans occasione rixan-  
 di super meum & tuum mirabiliter dempta  
 ubi quisq; proprios nesciret affectus, nō aua-  
 ritia nō invidia, non ambitio cuncta con-  
 funderet, nec uoraci flamma vastaret.  
 Mirabilis profecto & perfectissima foret  
 civitas nature proprius accedens, qualem  
 inter apes & gues, & formicas minutissima  
 animalia admiramur & in opprobrium  
 confusionem & pudorem nostrę conersatio-  
 nis memoramus. Sed cum humanos mo-  
 res ab illo innocenti & simplicissimo na-  
 ture exemplari deviantes palam sentiamus,  
 comunem morbum agnoscentes aliter pro-  
 statu nature ita corrupte remedium. &  
 medelam in proposito adhibere curabim.  
 Quid si querendi, efficiendi, & Operandi nece-  
 saria

Phucos. Virgi. 4. Georgi.  
 uel. j. enei. Caietan<sup>9</sup> de  
 insti. reipu. lib. 4. tit. 6.  
 Venenum. Caietan<sup>9</sup>  
 de insti. reipu. lib. 7. tit. 8.

2. instrumentū civi-  
 tatis, rerum distinc-  
 tio, & appropatio.

sua

Bona esse comunia  
 inter ciues nō expe-  
 dit.

Quid si querendi. Aristo.  
 politi. 2. Tho. 2. 2. q. 66.  
 & in 4. de regi. princi. Co-  
 radus. de cōtra. tit. 7. q. 8. (u-  
 sequentib.)



Singulis iniungeretur, cura conquisita, tñ  
 in omnes communiter distribuenda. Cum  
 quilibet natura refugiat laborem corpus et  
 spiritum affligentem quietemq; sui cōser-  
 uationem sectetur, alteri dimittet laborandū  
 quod omnibus communiter incumbit. Natu-  
 rale quippe uicium est negligi quod comu-  
 niter possidet; ut quis se nihil habere qui  
 totum nō habeat arbitretur. Demiq; suam  
 quoq; partem corrumpi patitur, dum inui-  
 det aliene. At omnibus equali inclinatione  
 nature deserentibus opus, indigentia neces-  
 sariorum in ciuitate nostra pullulabit, ad  
 quam excludendam ciuitatem constituta  
 p̄diximus. Sed tantam hominum  
 multitudinem cogere ad capessendum cum  
 sedulitate et perseuerantia necessarium  
 laborem, rector ciuitatis nō erit sufficiens.  
 Venatum ducere inuitos canes stultitiam  
 reputabit. Si vero quidam suapte natura  
 plurimum laborauerint, et sua labore alijs  
 quiescentibus, uel parum laborantibus vic-  
 tualia equaliter ministrantur, ac si equa-  
 liter et ipsi partem laboris assumpsissent,  
 iusta erit ex parte laborantium, et omnes

¶ Naturale. C. quo. 8.  
 quib; q̄ta pars. l. 2.  
 li. 10.

¶ Venati. Plautus.  
 in Stich.

astumq; sustinentium querimonia aduerso  
 ignauos, in eos naturaliter insurgent eos a  
 presepibus arcentes. Sed et alij fortiores plus,  
 q; sibi debeat de rebus comunibus occupabunt,  
 se iuste facere asserentes, ius aequale in re  
 communi habentes, ex sua malicia comodū  
 reportantes, bonis uero et temperatis peio  
 ra et uiliora in premium sue virtutis et  
 laboris relinquent. Inde et ipsi in discor  
 diam (que ciuitates euertere solet) declina  
 bunt, uel laborare et ipsi desinent ignauia  
 et desidiam simili exemplo sectantes. Debi  
libus quidem colligendi seu sumendi diffi  
 cultas existeret virtute seu uiribus ualen  
 tium, et ex hoc ad neces accederent. Cuius  
 ad omnes in omnibus spectans parceret  
 confusionem, seq; mutuo impedirent, uel  
 negligenter, essetq; impossibile. Quilibet  
 ergo suum officium habebit distinctum, su  
 amq; artem, quam quisq; nozit in hac se  
 exerceat. Sed cum sit dispar in qualibet  
 arte labor, si omnibus ex illis par tribuere  
 tur victus, esset iniquitas, ex quo maiore  
 sudorem et afflictionem sustinentes con  
 querebant non immerito. Et ad seniores

„ Debilis? Ex Iosepho  
 de antiqui. Iudaisimi  
 lib. 3. c. 1.

„ Quam quisq;. Cicero.  
 Plato. 2. de repu. iij. ii.

artes confugerent, grauioribus multo magis neces-  
 sarijs deorsu. Vel rixarum & seditionum tem-  
 pestatibus ex tali comumione ortis ciuitas ange-  
 retur. Et qui maiore alimonia iuxta suam na-  
 turam uel exercicium indigeret: aequalitate  
 cibi sibi ut alijs ministrata deficeret. Contin-  
 geret quoq; sepe quod plures uellent uno equo uti  
 vel domo; et cum quilibet diceret ius aequale ha-  
 bere, nemo illorum uellet in illo usu alteri cedere.  
 Unde plurimę contentiones sequerentur. Talis  
 ergo rerum comumio duo uenena in ciuitate in-  
 troduceret, desidiam scilicet, seu inertiam, &  
 discordiam proculdubio iam iam ciuitatem  
 uastaturā. Hec natura uitans minora imo-  
 moda eligens ab una re adimit, quod alteri coe-  
 dit, prout utriusq; conseruationi & utilitati ex-  
 pedire cognouerit. Apibus aculeum & pennaz  
 laegitatem dedit, que earum regime abstulit.  
 Structioni sub alis posuit stimulum quo su-  
 am pigritiam cocitet. Similiter hominibus  
 mores integros habentibus comumionem reru  
 permisit: sed illis corruptos sequentibus (prout  
 est comumiter & in plurimum) distinctionem  
 & appropriationem rerum generaliter indi-  
 cauit. Eadem manus est, qua utimur clausura ad

Commumione. ff. de legat.  
 2º. l. n̄i pater. §. dulcissimis.  
 ff. de seruitu. urba. predio.  
 l. in re cor. ff. cor diu. l.  
 in hoc iudiciu. §. si non ce-  
 niat.

Apibus. Vm̄ditius  
 spec. nali. l.º. .c.  
 Et spec. doct. l.º. .c.

Distinctio et appropriatio rerum expedit

percutiendum: eadem extensa ad metiendum palmum. Non ergo communitio rerum expedit in civitate pro hominibus nature corrupte constituta. Sed quilibet habeat sua propria bona quibus vivat sibi laboret, in sudore pane vescatur suo. propria indigentia unumquemque ad laborem accuet. Non erit rectoris necessaria ad illum capessendum instigatio, magister artis venter erit stimulus ad operam impertimus: ipse docebit omnia, nec necessitas imponet rectori alias minutissimas leges imponendi.

Venter. Persius. In p. satyraz. xxi. p. georg. clemens. 9. recognitio nu. fo. 129.

Ut est illa Nemo acrius simul et signarius fabricer sit, et si que sunt similia. Venter enim leges tales in medium afferret cum esurire ceperit. Sufficit namque quod singuli opifices singulis artibus vacent et ab eis victum acquirant. Cui defecerint necessaria se ipsum culpet. Cum laborem ex quo illa provenitura scit (tali lege prescripta) ignaviter pretermittat. Quietem namque a laboribus originem trahere notissimum est: atque e turpi occio et negligentia nasci labores solere.

Ut est illa. Plato. de legib. l. 2. c. 7.

Quietem. Plato. 6. de legib.

Capitulum. .V.

De adequatione patrimoniorum inter cives.

legat. simis. dio. q. l. ne.

ius. r.

¶ Hec adequatio nū impo-  
nibilis & iniusta.

omnino.

Ceterum nec oportet nec facile ad-  
equationem omni seruari tempore possibile.  
Quid enim si quidam careat filiis vno egens  
pane, alter paruulorum multitudine circunda-  
tus ultra unum panem sibi ipsi sufficiente  
secundum numerum filiorum totidem panibus  
indigeat. Quid si secundum complexionem &  
ardentiorum digestionem a natura prestituta  
ampliori egeat alimentis. Quid si secundum  
gradum & locum in ciuitate sibi tributū  
ad ministros sibi propter talem gradum necessa-  
rios sustentandos, & ad quendam alia maiores  
cogatur facere expensas in utilitatem publi-  
cam. Nonne talis adequatio erit iniqua, qua  
qui plus in stabili <sup>facit</sup> menta & firmamentū  
ciuitatis plurique indiget, minus accipiat, por-  
tionem equalem cum eo sortitur qui minori  
indiget, qui minorem utilitatem ad ciuitatem  
attulit. At hic cui maior a natura indi-  
gentia vel civili arte collata conspicitur, abas  
non in merito accusabitur tanquam deficiente  
in necessarijs. Qui enim patrimonio modum  
imponit: filiorum numero modum com-  
plexionem equalem & gradum parem

¶ Adequationem aristo-  
teles. 2. politi. tract. 7.  
c. 4. th. 4. de reg.  
mi pna. c. 9.

¶ Imponit aristo-  
teli sup.

imponē debet. Nam si excedat multitudo  
 filiorum & complexio & gradus plura  
 exigens majoremq; patrimonij facultatem,  
 necessarium erit illam patrimonioꝝ ade-  
 quationem abrogare, alias improba erit  
 lex que ex diuitibus pauperes facit &  
 in sectionem prorumpere iusta querimo-  
 nia impellit. In corporalibus membris di-  
 uersam uirtutem & operationem cognosci-  
 mus: Disparibus disparia monumenta in  
 omni animantium & entium generatū  
 tribuisse constat. Ex multis hoc dixisse  
 sufficiat. Cumq; suscepto fetu partus ap-  
 propinquare iam ceperit: turgentes ma-  
 me ductibus succis distenduntur, &  
 adnutrimenta nascentes fontibus lacteis  
 exuberant. idq; ipsum solertissime compa-  
 ratum est ut candens & pinguis hu-  
 mor teneritudinem noui corporis irri-  
 paret, donec ad fortiores capiendos cibos  
 & dentibus instruatur & uiribus ro-  
 boretur. Natura itaq; cui auget onus:  
 apert quoq; & robur. cui indigentiam si-  
 militer & sufficientiam. Ars parimodo  
 aritura traducta, illam imitatur. Quā

„Māme. Laurent.  
 diu. Inst. 8. Et de  
 mās. 8. reuigri pona.

ius oportere dicatur in ciuitate: que summi morbi ex pers futura sit (quod dissidium aut seditionem rectius appellarim) neq extrema in aliquibus ciuium inopia sit nec ingentes diuitie. Excedens enim & priuatim et in ciuitatibus inimicitias seditionesq parit: & in quocumq hominu cetu nec inopia neq diuitie sunt, huic iustissimi mores aderunt. Neq em ibi contumelia nec iniuria locum habet, emulatio quoq & inuidia procul abest. Attamen hac rerum adequatione non omnino vitantur litigia qui potius au gentur, & maiora inconuenientia sub inde sequuntur: dum in hoc destrui tur siue tollitur ius nature & ordo, quo subtrahitur indigenti qui plus meretur.

¶ Seditio.

¶ Inopia.

¶ Diuitie.

¶ Extrema. Plaro. 9. de legib. 11. co. 11. 17. 9. 9.

¶ Excedens. Plaro 9. de legib. 2. co.

¶ Iustissimi. Plaro. 3. de legib. 2. co.

¶ Iniuria. Caytanus. de instineri p. 4. p. 11. 6.

¶ No oio. th. 4. de reg. p. n.

¶ Capitulum. .VI.

¶ De rebus, que remaserunt co munita & de modis utendi dis tinctis: -

Vniuersitatem igitur rerum homi nibus fruendam natura ostendit modis tamen conuenientibus illisq

illisq

illisq̄ accomodationibus ipsa indicavit, veluti in  
 intellectuāli rationis lingua nobiscum proloque  
 retur. Quedam enim reliquit comunia quatuor  
 ad vltimū omni creature tam hominibus ali  
 cuius loci. reliqua quam ceteris animatibus.  
 Quedam omnibus mūdi hominibus. que  
 dam hominibus alicuius loci. reliqua vero sin  
 gulorum. Nam comunia omnium sunt aer  
 aqua profluentis & mare. que dicuntur omnib<sup>9</sup>  
 animalibus comunia. quia ea natura sic institu  
 it. ipsa aut animalia gratia hominū. Sunt  
 & alia omnibus hominibus mūdi comunia.  
 que dicuntur publica. i. populi omniū po  
 pulorū. Aptitudine enim & natura omniū  
 hominum utilitati se exhibent, flumina por  
 tus vic. Hec sic remanere ipsa necessitas & uti  
 litas indicat. Non enim mare & flumina nau  
 na & aer exigunt culturam & magnū la  
 borem ad prebendum suas utilitates. ut quo  
 libet refugiente laborem infructuosa ista rema  
 neant. nec fortiores plurima occupando de  
 biliores sufficientibus privabunt. Cum natu  
 raliter ista taliter sint constituta, quod omnib<sup>9</sup>

Coia oīum animantium.

Coia oīb<sup>9</sup> mūdi hoībus.

Coia ff. de iudic. l. qdā naturali. et mstr. co. n. 1. p. 2.



sufficiunt, quamvis plura sumatur nec exhaus-  
ta remanebunt. Non preterea ex occupatione  
impiorum boni detrimentum patientur, nec cre-  
bro concursu in his turbabitur pax. Prop-  
ter que in convenientia communionem  
alijs in rebus abhorruimus. Et si hec publi-  
ca sunt: consequens & accessus ad ea: sine  
quo usus eorum locum non haberet, inde  
& littera & ripe. Cum ad vitam hominum  
sustinentiam utile & necessarium sit de uno  
ad alium locum transire causa afferendi  
et faciendi utilia & necessaria. Quando qui-  
dem constituere civitatem in eo loco in quo  
advectionibus non indigeat ferre impossibi-  
le est. Ideo innoxius transitus iure humane  
societatis equissimo patere debet. Inde portum  
navigationum & viarum usus publicus  
est necessitate et utilitate exigente. Alioquin  
plures utilitates impedirentur multisque  
necessitatibus sacursum non esset.

¶ Coia hoib' ali' cupis loa.

¶ Sunt & alia non omnibus mundi homi-  
nibus communia: quia si sic essent, destru-  
erentur, & nemo curam ad ea conservanda

¶ Cū ad vita.  
Conradus. mar.  
2. de rebus. q.  
99. de iusticia. 2.

¶ Quod dicitur. Plur.  
2. de rebus. aquo  
supra. l. 2. ff. de  
mundis.

¶ Transitus. 22. q.  
2. c. notandum.

¶ Surgalia. ff. de  
receptis. l. instanti.  
Insti. co. n. 2. de vni-  
uersis. 2. part.  
ff. 28. l. 4. tal.  
In rui. ff. de receptis  
iustis. q. 2.

haberet: si tot homines eis fruendi facultatem haberent. Si tamen separaretur singulis: nec possent ad eundem usum conservari. sed sunt communitati hominibus alicujus loci: qui suo ordine & diligentia ea cōservabunt: velut mōtes & p̄cipua foris/theatra stadia/ curia cōmunis/ exitus/ aque ductus nemora in quibus ligna & pasculationes faciunt homines illius loci, & ista appellantur universitatis quo ad nomē & honorem, cum nihil recipit bursa universitatis. sed singulares homines illius loci. Alia vere sunt quo ad honorem & cōmodum ut molendina cōmunitatis et alia similia. quia burse cōmunitatis applicantur redditus & proventus eorum ad reparandos muros ad ludos publicos ad opera publica & similia: sine quibus aliquas republicas perisse compertū est.

Reliqua vero oportuit distinguī & ab illa confusa cōmunionē separari & singulis civibus appropriari. Et quamvis hanc distinctionem natura generaliter fieri suadeat, nō tamen particulariter ipsam fecisse constat ut hec pars sit titij illa juliani. Sed in principio aut pater inter filios ut pote

¶ Aliquas. abulensis. p. 8.  
 ¶ Natura. abulensis. p. paratipo. c. 29. q. 10.  
 ¶ Nō tamē. Cōrudus. in tit. dīcōtib⁹. q. 10. c. 9. 12.

Quid modis in p̄ncipio fuit facta distīctio?

ra. r. 9. 2.

Plan. a quo ff. de

23. q. indu.

a. ff. d. tantu. p. vni. arti. 7. lul. rez. di.

naturaliter in eos habens potestatem, aut a  
 aliquis cui communi consensu omnium su-  
 perioritas est concessa, hanc distinctionem  
 fecit, aut ipsi omnes communi voluntate inter  
 se diuiserunt. vel sorte vel aliquo communi  
 statuto assignata est cuiuslibet sua pars. aut  
 per occupationem fieri potuit. hec diuisio &  
 appropriatio. Cum natura nihil imperfectum  
 nec frustra fecisse constat. Manifestum est omni-  
 a hominum gratia fecisse natura. Sicut enim  
 in generatione rerum naturalium intelli-  
 gitur quidam ordo: quo de imperfecto proce-  
 ditur ad perfectum. nam materia est propter  
 formam & forma imperfectior est propter  
 perfectionem. Ita & in uso rerum natura-  
 lium imperfectiora cedunt in usum perfec-  
 torum. Plante utuntur terra ad suum nutri-  
 mentum, animalia uero plantis. homo au-  
 tem plantis & animalibus. Natura igitur  
 uult quod utilitates in rebus ab eadem  
 impositis ad uitam hominum sustenta-  
 dam ab hominibus accipiantur. Alioquin  
 frustra eas ceciderit. Iste autem utilitates

¶ Per occupationem.

¶ Frustra. aristo.  
p. polit. trac. 2. c. 1.

¶ In generatione.  
tho. 2. & regi. pn.  
c. 9.

& arbus sumi non possunt: sed quod nulli est proprium occupanti non cederet, tanquam in premium laboris, a quo naturaliter refugeret si ex eo commodum non speraret. Quis enim virtutem amplectitur ipsam, premia si tollas. Alioquin raro vel nunquam res vacue impotestatem hominum deueniret, sed frustrata nature remaneret intentio. Hinc bestie fere volucres pisces & omnia animalia que in mari celo terraque nascuntur: simul atque si ab aliquo capta fuerint statim illius esse incipiunt. Et insula que in mari nata est, item lapilli, & gemme & cetera que in litore maris inueniuntur: cum ante nullius sint statim inuentori conceduntur.

Si ista distinctio diuisio & appropriatio rerum fuit introducta ad finem: ut quilibet curet & colat rem suam: ex qua utilitate propriam consequatur: cuiuslibet danda erit potestas seu facultas assumendi & apprehendendi rem ad suum usum prout sibi melius uiderit expedire. illam potestatem seu facultatem appellamus dominium. hec uero assumptio

Premia. Juuena. 10. Satyra.

Hinc fere. ff. de acqui. re. do. l. quod enim. & l. i. n. q. n. et ff. de acqui. posse. l. i. p. n. Insti. de rez. diu. §. fere. l. i. 3. parti. n. 23. l. 16.

Insula. Insti. de rez. diu. §. insula. ff. de acqui. re. do. l. adeo. §. insula. 3. parti. n. 23. l. 23.

Lapilli. Insti. de rez. diu. §. lapilli. ff. de acqui. re. do. l. lapilli. 3. parti. n. 23. l. ii.

Dominium. Contra dicitur. de adu. l. 1. q. 1.

Dominium.

Possessio.

Seu corporalis rei apprehensio dicta est possessio seu detentio, ex qua juris effectus causantur a proprietate distincti. prout ratio dicitur majoris utilitatis.

• Dominiū perfectū.

Rursus illa facultas assumendi rem ut in ea & ex ea faciat quod libuerit sine aliqua limitatione appellatur dominiū perfectum seu integrum.

¶ Perfectū. Conradus. trac. de contrahib. .9.6. ad finē.

• Dominiū Imperfectū.

Cum vero ipsa facultas assumendi inter duos dividitur. ut unus sit dominus quo ad quaedam alter quo ad alia. dicitur dominiū imperfectum. Sed ille prior qui habet perfectum dominiū postquam consensit: ut alter sit dominus quo ad quendam, dicitur habere dominiū dicitur

• Dominiū directū seu originale.

directum vel originale seu primitivum, alter vero dominiū utile vel dependens seu secundarium, ut est per feudū & emphyteosim. Est preterea quaedam alia strictissima & minima facultas utendi re aliena integro dominio apud dominiū remanente, ut est per servitutes. Est denique alia minima facultas ad hoc minor quam precedens utendi re aliena strictiori modo, ut est per cōductionē, comodatum, & precarium & reliqua talia ut ex subiectis clarius apparebit. Quorū varietas

¶ Utile. bar. l. si quis in s. differētia. ff. de acqui. posse. pau. de as. l. ex hoc pre. ff. de iusti. & iu. mu. .9. In lictura.

• Dominiū utile seu secundarium.

• Servitutes.

• Comodatū. Precarium.

tas & diuerſitas pulchriorem reddet ciuitatem & opulentiore ciuibus utilitatem miniſtrabit. vt quod uni eſt minus utile alteri proficiat. ne māca ſit & ſtricta iudici rebus anatura creatis hominū gratia facultas.

## Capitulum VII.

De cōmunicatione ſeu rerum tranſlatione inter ciues faciendā per contractus.

Tertium ciuitatis  
Instrumentum  
Ciuitatis.

Nunc uero ad tertium instrumentum ciuitatis tranſeamus cōmunicationem ſcilicet ſeu rerum tranſlationem. Si ſua quilibet uel aſe operata & propria arte confecta alteri nō communicauerit ſibi que ſuperflua retinet alteri egenti denegans, cum nullus omnia ſibi neceſſaria habere nec ſua opera efficere poſſit: in pane abundans forte ueſte carebit. & domo, ſatiatus frigore peribit & aſtu. Auro redundas ſi ab alio panis nō operatur uelut midas (ut eſt in fabulis) fame deficiet. Neceſſario igitur inter ciues ſibi inuicem cōmunicatio ſeu rerum & operarū tranſlatio nec ciuitati adicietur

Ad hoc enim civitatem constitutam prediximus, ut indigentia & necessitas unius per abundantiam & sufficientiam alterius suppleatur. Quamvis hec communicatio seu rerum translatio multifariam dividatur: hic tamen in via demonstrandi quasi per indicem singulorum rationes & utilitates, hec divisio sufficiet. Nam aut fit inter cives, aut inter hostes. Ea que inter cives: aut inter homines generaliter, aut specialiter inter ~~inter~~ maritum & uxorem, aut inter patrem & filium, aut inter rectorem & regedos. Rursus ea que fit generaliter inter cives aut fit per contractus vel quasi contractus, vel servitutes, aut fit per occupationem, aut per tempus, aut per flumen, aut per coniunctionem rerum, aut propter necessitatem. Item ea que fit inter cives aut fit in vita aut in morte. Preterea hec <sup>communicatio</sup> ~~comitatio~~ aut fit de presenti, aut est futurum fienda per obligationem. Finaliter aut fit simpliciter aut cum adjectione aliqua. Prosequamur igitur in primis eam que fit per contractus quasi

Divisio Contractus  
seu translationis.

Contractus.

Contractus. Contra  
dus tract. de contract.  
l. 9. 17. per totam. ubi  
contractus diversimode  
enumerat. quidam  
Intrar. de eod. fabi  
anus Intrar. de emp  
tioe & vendi. de his  
c. 1. 2. 3. ubi a  
buli.

Donatio.

ad oculū eorum utilitates rationes & differentiā  
ostendentes. Cui enim animus beneficus a  
natura tribuitur ipsam assimilans in dādo  
pura liberalitate letatur sua gratis prestans  
sed & benivolum & gratum cui donave-

Quo deus. ex 10  
septu. 4. de antiqui.  
Iuduf. c. 4. v. 12.

rit poterit de illo bene meritum sperare. quō  
deus ubertatem bonorū prestat hōibus, nō  
ut utatur soli: sed ut etiam alijs largiatur

Comodum.

Vnde donatio introducta donataridm iuuas  
donatore illustrans & utruq̄ benevolentia  
colliq̄as. Huic accedit comodatum mutuum  
precarium depositum mandatum negociorū  
gestio. Quando enim ad certum tempus

Mutuum.

& usum rem nram alteri damus post  
ea illo finito eandem ad nos reuersuram  
dicimur comodare. Sum eam consumēdam  
sed in genere reddam nobis cōcedimus alteri.  
dicimur mutuare. cum vero rem mobile

Precarium.

vel in mobilem gratuito damus ad eius pre-  
ces alicui quantum ad usū tantū quā-  
diu patiamur vel nobis placuerit: pre-  
carium dicitur. quod reuocare possumus  
nō expectate aliquo tempore vel quō ad fini-

S. Cōra  
cōtrasti  
vra. ubi  
si modē  
quidop̄  
de. fabi  
de. emy  
de. hys  
ubi a



• Deposium.

• Mandatum.

• Negociorum gestio.

• Permutatio.

atur usus. ut in comodato. Dum absentis uel peregre proficiscentis uel res suas seruare uolentis uel non ualentis in custodiam nostram suscipimus. id negotium deposito agimus. Si negotium alterius agendum quod gratis suscipiat. id mandato peragitur. Quando uero sine mandato absentis negocia procurat: negotiorum gestor dicitur. quasi id absens mandauerit. cum si sciret mandasset & rogasset necessitati & utilitati rerum suarum recte prouidens. Magna enim in hoc utilitas absentium uersatur. Verum cum in alterum non uult aut non potest quis esse beneficus seu liberalis: uult tamen rem suam alteri communicare ab illo recepta aliqua recompensatione qua ipse indiget uel habere desiderat in sui reciproci commodum: Modus ad hoc statuendus fuit utriusque necessitate utilitateque curas utriusque etiam uoluntati satisfacimus. Et quamuis hec permutatio sit generaliter: veteres tamen appellauerunt speciali nomine per mutatione

quando datur Species certa pro alia specie cer-  
 ta ut pro boue asinus. Quando uero datur Spe-  
 cies incerta pro specie incerta uel precerta ut  
 bos indeterminatus pro indeterminato uel etia  
 determinato asino. hic modus appellatur do  
 ut des. Nec refertur an dicatur do ut des  
 uel do si des uel do quia des. Item quando  
 do tibi centum in pecunia numerata ut  
 pro me uadas roma/ dum ta no est cofuetus  
 locare operas/ uel etiam si dem pecuniam in-  
 certa inquantitate & numero ut uadas roma  
 licet sis consuetus locare operas: dicitur hi mo-  
 dus do ut facias ex parte dantis. Sed ex par-  
 te facientis dicitur facio ut des. Preterea qua  
 do negociu a mo explicadum tu facere pro-  
 mitis ut ego tua similiter facia. appellat facio  
 ut facias. His itaqz modis olim unusquisqz  
 secundum necessitatem temporu ac reru uti-  
 libus sibi inutilia permutabat. Quoniam  
 plerumqz euenit ut quod alteri superfl-  
 alteri desit. Sed quia no semper nec facile  
 concurrebatur ut cu tu haberes quod ego

Do ut des.

Do ut facias.

Facio ut des.

Emptio & venditio.

Permutabit.  
ff. de contrahen.  
emptio. l. 1.

J J

desiderare: in vicem haberem quod tu acciperes uelles electa materia est cuius publica ac perpetua stimata difficultatibus per mutationem equalitate quantitate subueniret. eaq; materia forma publica percussu usum dominiūq; nō tam ex substantia pretet quā ex quantitate quam pecunia seu monetam (ad quā omnia reducuntur) appellauerunt antiqui. & hunc mundum ex parte pecuniam dātis emptione, ex parte uero dātis rem quo ad perfectum dominium uenditionem. Sed quando nō ad dominium sed solum ad usum das mihi pro pecunia rem uel operam tuam ex parte tua ~~em~~ locatio ex mea conductio. Sed nō hec sufficient ad necessitates ciuim subleuandas & utilitates concludendas. dum rem uel predium colere non possum, aut nō mihi utile nec gratum: reposito alijs negocijs intenturus transfero in alterū ius siue dominū directum siue utile quod in ea re habeo pro certo precio. Cum hoc tamē q; prestet mihi certam ~~sum~~

Materia. in  
D. l. 1. Et plato.  
q. de legibus.

Reducit. Aris.  
q. ethico. C. de offi.  
pecu. l. 2. ff. de obli.  
signi. l. pecunie  
dō. l. 1. pecunia  
appellatō.

Locatio & conductio.

Census.

Cap. VII. De Cōtate & Pz mslatae. ardeōtib⁹

pensionem. itaq̄ nec dominiū diratum nec utile  
 mihi relinquo. Sed tantam jus exigendi annua  
 pensionem. in qua & si cesset ille q̄ nō cadat  
 ajure suo. hic modus appellatur census. Dū  
 vero rem immobilem tibi trado quosq̄ ad utile  
 dominiū reservato mihi directio / nullo ante  
 mihi precio dato ad plantadom vel melioradū  
 perpetuo vel ad certum tempus / cum hoc ta  
 men q̄ des̄ mihi modicam annuam p̄sione  
 siue in pecunia siue in alia re in recognitio  
 ne directi dominiq̄ / in qua si cessaueris cadas  
 ajure tuo. hec dicitur emphiteosis. & taliter  
 accipiens rem emphiteota. Rursus q̄no iste  
 emphiteota concedit alteri rem quam uel illud  
 jus quod habet in emphiteosim / dicitur cō  
 tractus liuellarius uel ad liuellum. Prete  
 rea si trado tibi superficie talis domus uel  
 fundus tento mihi domino directo uel pro  
 prietate soli / ita q̄ in recognicione des̄ uel  
 ito des̄ annuam pensionem: uocatur con  
 tractus superficiarius differens intribus ab  
 emphiteotico na hic domo combusta uel super

Emphiteosis.

Liuellarius.

Superficiarius.

¶

facie destructa fimitur contractus per interitū  
superficiē in qua erat fundatus. adeo q̄ non  
posset ibi reedificare. & hic non requiritur annua  
pensio. & hic superficiarius nō perdit me-  
liorationes. Que quidem aliter si habent in  
emphiteosi. Plane si castrum meum cū adiacentibus  
prediis: in quibus omnibus habeo perfectum dominium: tradam tibi quo aduti-  
le, itaq̄ omnē utilitatem inde prouenturam  
recipere possis & ex omnibus ad libitum dispo-  
nere tuam, mihi tamen reseruo proprietatem di-  
rectiue dominium eiusdem castri ac predi-  
orum, nullo precio ante p̄cepto nec annua  
pensione precipienda, sed tantū aliquod ser-  
uicium personale: dicitur feudum, quod ab  
emphiteosi in aliquibus differre noscitur. nam feu-  
dum magis accedit ad beneficium & gratiam  
nec exigit pensioē sed personale seruitiū. At-  
uero cum habens uineā uel aliud prediū, forte  
carens filiis quibus relinquere teneatur, uoles  
gaudere duarū uinearū fructibus recipit ab  
eclesia alterā uineā uel alias duas in uita

Secundum.

Prearia uel prearie.

fructus, simul cum sua uel sine sua, dummodo  
statim uel post mortem transferat proprietatem  
sue uince in ecclesiam, hunc modum appellauerunt  
ueteres precariam uel precarias. Et simili-  
liter quando alicui conceditur res immobiles ad  
certum tempus uel ad uitam accipientis uel imper-  
petuum pro certo censu seu annua pensione, re-  
seruato domino directo domino, dum modo fiat  
de quinque in quinque annis renouatio: ne  
longitudine temporis pereat memoria. & in  
hac renouatione differt ab emphiteotico contra  
Etu. Erit similiter precaria in singulari uel  
precarie in plurali: quoniam gratis sine aliqua pen-  
sione res alicui bene merito conceditur utenda  
& fruenda in uita sua, dum modo faciat  
predictam renouationem. Differt ab usu fruc-  
tu in hoc solo, quod est hec renouatio facienda.

### Capitulum VIII.

#### De Seruitutibus.

- Itē aliam communicationem annectamus:  
**H** que fit per seruitutes, earum differentias  
 & utilitates ostendentes. nō loquimur de seruitu-  
 te, q̄ debetur a persona persone (ea enim altiore  
 requirit indagine, & nostrum intempestiue  
 propositū interscinderet): Sed de his que a re  
 unius possunt persone uel rei seu predio alte-  
 rius deberi, ut usufructus usus & habitatio.  
 Item de his que a re seu predio unius predio  
 alterius debentur ut sunt seruitutes rustice & ur-  
 bane. Remanet in his dominium predij serui-  
 tutis apud dominū eius: Sed per has serui-  
 tutes aliquid sui juris & utilitatis diminu-  
 itur. & conceditur persone uel predio alteri-  
 us. Cum enim alicuius persone conceditur  
 usu fructus in re alterius: salua debet remane-  
 re substantia rei, quam nec usufructuarius  
 destruere pot̄, neq; destructa amplius uti fru-  
 i. quia est ius in corpore stans: quo sublato  
 & ipm tolli necesse est. neq; egreditur int̄  
 usufructuarij, neq; in uniuersū inuictiles esset  
 proprietates semper abscedente usufructu.

Usufructus

// Seruitutes.  
 Insti. de seruitutib.  
 per totū. et ff. co.  
 n. Cepola. in m. de seruitutib.

Vnde

Dnium utile & usufructus id est sunt.

Vnde placuit certis modis extinguere usufructum & cum proprietate re adungi. Istud tamen jus quod habet usufructuarius in ratione intrinseca, conuenit cum dominio, quod predictimus utile. Nam emphiteota & feudatarij habent jus utendi & fruendi re emphiteotica & feudali & non plus quam non proprietate. & hoc idem intrinsece & non amplius haberent, si essent tantum usufructuarij in illis rebus. & sic utile dominium, quantum est de intrinseca ratione nichil est ultra usufructum. Sed in extrinsecis circumstantijs bene distinguitur ab usufructu. Nam qui habet dominium utile non tantum potest distrahere fructum illius rei, sed etiam ipsum jus uedere, quod usufructuarius non potest, sed solum fructus illius rei. Item habens dominium utile habet illud perpetuo, usufructuarius autem ad tempus. Hec tamen limitationes a prima origine & proprietate uerborum orientes non astringunt contrahentes, quin hec restringere, atque extendere possint, prout sibi magis utile perspexerint. Minus autem

Intrinseca. Contra. dicitur. de constructibus. q. 12. 2. argumeto. pau. de cast. l. ex hoc iure. ff. de just. et iur. nu. 9. in lectura. bul. c. cu. can. de probano. nu. 4. et pola. tra. de seruitutibus. prelio. c. 4. Xli. tertio quoda. glo. l. de quibus ff. de legat. pau. de cast. in dca. l. ex hoc iure. nu. 21. in reposita.

Minus. Inst. de usufructibus. par. n.

juris



usus.

juris est in usu q̄ in usufructu. Namis qui fundi nudū habet usum, nichil ulterius habere igitur, q̄ ut oleribus pomis floribus feno stramentis seu lecti paleis & lignis ad usum quotidianū utatur. In eodem quoq̄ fundo hactenus licet, ei morari, ut neq̄ dño fundi molestus sit, neq̄ his per quos opera rustica fiunt impedimēto sit, nec ulli alij jus quod habet aut locare aut uendere aut gratis concedere potest. cū sitis qui usufructū habet pot̄ hec dca facere.

Habitatio.

Habitatio autem neq̄ usus uidetur nec usu fructus, sed quasi proprium aliquod jus. x. quāquam habitationem habentibus propter rerū utilitatem, nō solum in ea degere permissum est, sed etiam aliis locare.

Seruitus p̄diales.

Rerum autem (quarū dominia distinguenda prediximus) quedā sunt sunt mobiles. alie uero immobiles, que appellatur predia. Prediorū autem quedam rustica, quedā uero urbana seu edificiorū. In predijs quidē dominū esset imperfectum & quoq̄ inutile uel minus utile: si domi-

nus

Habitatio. Insti.  
de usufructu. §. sed  
ru.

Sec

Cap. VIII. De Servitutibus.

nus solo seu aerea sursum usq; ad caelum & deorsum usq; ad abissum impediretur uti prout sibi utile reputauerit. Et si in aliqua parte alium preter dominum uti permitteretur. ja communitio quam rerum distinctio ob maiorem hominum comodum expulit rediret essetq; dominium diminutum. Sed oportet expedire quoq; qd unum predium alteri communicet suas utilitates, sine quibus esset defectuosum & minus utile redderetur, quas servitutes prediorum appellamus rusticas & urbanas. Ut ecce cum habeam predium rari alteriusq; predio plano vicinum, uel in medio plurimorum: ut mihi facilius accessus pateat ad meum causa colendi illud & ab eo sumendi utilitates, peto a vicino ut det per suum iustum actum, uiam ad meum. Ut uidelicet mihi ire liceat solus et plane, uel ambulare cum socio currendo & saltando, uel in equo uel in sella uel reda aut curru, quod appellatur iter. Item ultra hec mihi liceat agere scuducere iumentum uel armentum & uehiculum seu plaustrum

Instr. d. sed

Servitutes Rustice.

Iter.

Actus.

post

- ¶ Via.** post me uel ante me. & hoc dicimus actū. Item ut mihi liceat ultra hec trahere trabem, tignū & lapides, & rectam ferre hastam quā uia nominābū.
- ¶ Aque ductus.** Rursus cum ex rupe propinqua agro meo scaturiat fons: quem tu ducere uelles ad fundū tuum ex eo irrigādum: petis a me ut aquam tibi ducere liceat per agrū meum. hec seruitus aque ductus appellatur.
- ¶ Aque haustus.** Item ex puteo uel fonte uel cisterna in predio meo existente petis q̄ tibi liceat haurire, ut predium tuum irrigetetur, uel in eo laborātes ad potum & lotiones utantur. hec appellatur aque hāstus seruitus.
- ¶ Pecoris ad aquā apulsus.** Preferea. Cum pascua mea habeat aquarum abundantiam, in tua uero deficiāt, rogas me ut liceat tibi pecora q̄ pascuntur in tua ducere ad aquam, que redundat in mea. que dicitur pecoris ad aquā apulsus.
- ¶ Iuris pascendi.** Sed si fundum habes culture aptū, in quo boues aratorij & iumenta non habēt ubi pascantur. petis iterum a me, quatenus pecus, tui fundi gratia paratū pascere liceat in pascua uel saltu meo. Quādiū

seruitute

Cap. .VIII. De Seruitutibus.

Calas iognende.  
harene fodende.

Seruitutem juris pascendum. Item cu' mihi expediat in agro meo construere ouilia stabula & pontem in riuo uel molendinu' / domu' culam & uasa ad fructus colligendos. tu uero habes in fundo tuo lapides cretam calcem & arenam. peto ut inde lapides mihi liceat & cretam eximere, calcem coqre & arenam fodere, ut cultu' & munusculum & in-structum possim habere meum. hec appellatur seruitus calcis coqnde & harene fodiende.

Altius tollendi  
vel non tollendi.

Ultra hec q'noq' agro meo expedit altius tollas solum predij tui, cum regulariter no' tenearis, uel quod deprimas propter siccitatem uel humiditatem predij mei, uel q' altius eleues / uel no' eleues, (uestis nolis) edificium positum in tuo fundo propter maiorem utilitatem mei. hec appellatur seruitus altius tollendi uel no' tollendi. Item

Cloace immittende.

q' mihi liceat immittere sordes uel purgamenta seu proluuies agri mei per cloaca' in tuu'. dicitur seruitus cloace immittende.

Relique.

¶ Rursus mihi liceat habere pretorium uel profectum uel tugurium in rure tuo

inquo

inquo ego & coloni agrimei recipiamur. Itē  
ut fructus vicini in uilla cogantur & coacti  
habeantur. & ut pedamenta ad uineam  
ex vicini predio sumantur. & ut huius pre-  
mantur in forculari tuo. & mee segetes  
in tua area uentilentur. & reliqua talia.

¶ Seruitutes Urbane.

¶ Ceterum ubique concedit quis uel pro-  
mittit aliquid pati aut non facere in fundo  
suo urbano uel me facientem non prohibere  
pro alio fundo meo siue rustico siue urbano:  
ubi de iure pati aut non facere tenetur uel  
me facientem prohibere posset, dicitur esse  
seruitus urbana. quae edificis inheret, ut est  
illa altius tollendi uel non tollendi. Itē sti-  
llicidij auertendi: In tectum uel arenam ui-  
cini uel non auertendi. Item immittendi tin-  
gua in parietem vicini. Item pro iiciendi  
aliquid indomuituam. Item faciendi pro-  
tectum in solum tuum, quod est quoniam in  
aere aliquod edificium exit ex domo mea  
supra solum tuum in aere non requiescit in  
pariete uel columna aliqua. Item ne prosp-  
ectui officiat. Item seruitus prospectus.  
Item luminibus officendi uel non officendi.

Itē

Item seruitus luminum, que est qno is qui  
eam debet potest altius edificare / dummodo  
seruet tantum lumē / quod mihi sufficiat. Si  
ille qui debet seruitutem ne luminibus offi-  
ciat non poterit aliquid facere per quod de  
lumine quod habeo aliquid diminuat /  
posito q habeam ultraq̄ expediat. Item  
est alia oneris ferendi. ut puta q habeam  
Solarium supra tuam Solium & super tuam  
colunam. Item itineris & actus, que potest  
esse urbana / sicut eam rusticam predixi-  
mus. Sunt tamen aliquę seruitutes im-  
posite ipa lege suadete utilitate comū: q̄  
alio libro explicabuntur.

Capitulum. .IX.

De pignore. fideiussio. transactio.  
& Societas.

Sunt & alie communicationis uel tras-  
sationis modi quatuor. quibus non  
transfertur dominium nec usus nec ser-  
uitus. sed aliud quodam ius. ut est in  
pignore / hypotheca / fideiussione / & corre-  
tate

¶ Pignus.  
¶ Hypotheca.

¶ Fidejussio.  
¶ Correitas.

itate. Cum enim quis eget re alterius, & pro ea recompensatione facere debet in futurum: dum de eius solutione & adimplemēto creditor nō confidit: pro securitate uel pignus uel hypotheca tradit, uel adhibet fidejussorum uel correū debendi hoc est equalem debitorem. Indigens ergo sue necessitatis iuuentū propter heriuuent. Creditor uero securus redchitur. Et in pignore (quod est in re mobili) & in hypotheca (que est rei immobili) habet creditor jus detinendi & denegandi restitutionem eius debitori, donec sit sibi plene satisfactum de debito, & jus pignus pignorandi & distrabendi, & hypothecam hypothecandi & persequendi. iten fidejussorū in defectu principalis habet obligatū, correū quoq; equalit obligatum.

¶ Amisabilis ioposino. Ulterius sepe contingit in iudicio cōtendere duos super aliqua re quā uterq; dicit ad se pertinere, diu litigatū est, laboribus & ex pensis fatigati, ex cōtentione tandiu durate facti inimici, cū adhuc sit dubiū & incertū quis eorū uictoria est habi-

turus

Cap. .x. De trāslatōe rez. Volūtaria & Involūtaria.

litus: rixas pertinaces interscindūt, aut ad amicabilem compositionem tandem veniūt, que est gratuita, cū unus in re litigiosa alteri cedit, aut ad transactionē, cum res apud unum est tali conuentionē remāsurā, alteri aliquo alio dato. Denum plenior coicatio: que nature ciuitatis propius accedit: in eam est non inmerito introducenda. Cū duo uel plures ob maiore ipōz utilitatem & questum quem sperāt, si coia habeāt bona uel aliquam negociationem, societatem inueniunt, iūcti fortiores redacti, operas uniuscūq; pecuniis alterius uel utriusq; miscētes.

Transactio.  
Societas.

Capitulum. .x.

De translatione rerum in alium volūtaria & involūtaria.

Si ad propriam utilitatem alicui natura rem aliquā dederit & ors ciuilibis opulentiori adixerit modo, dū ipse alteri coicare uolens, bonitati nature seipsa



¶ Voluntas dñi misserentis  
in aliū rē suā est firmāda.

disfidenti & cōcātq se cōformat artiqz civili,  
que hoc satagit / natura ipa met instigāte  
ut ciues inuicem adiuuent, Quid erit tā

¶ Nichil. Insti. de  
rejudi. §. per tradi-  
tōz. ff. de acq. re.  
do. l. quaratō. §.  
he quoqz res.

nature cōsentaneū. Nichil igitur tā con-  
ueniens naturali equitati q̄ uoluntate do-  
mini uolentis rem suam in aliū trāsferre  
ratam haberi. Siue ad certam personam

¶ Incertā. Insti.  
rejudi. §. hoc am-  
plius.

dirigatur. Siue ad incertā. ut ecce pretores  
& consules, qui missilia jactant in uulgus,  
ignorant quid eorum quisqz sit accepturus.  
Et tamē quia uolunt quod quisqz eorum  
acceperit ejus esse, statim eum dominum  
eficiunt. ¶ Quid preterea tam naturale q̄

¶ Proderelicta habita.

illum qui nolit esse dominus rei proderel-  
icta eam abiciens ejus dominio priuari  
tanq̄ nature ingratum, uel si gratis one-  
rosam sibi ab altero capiendam remittit seu  
relaxat. Sed & eam dari primo occupā-  
ti alia naturali lege decens fuit. Cum jam

¶ Proderelicta.  
ff. pro derelicti.  
Insti. de rejudi.  
§. qua ratio.

¶ Profecta in mare.

sit nullius. ¶ Alia sane causa est earū  
rerum que in tempestate maris leuāde  
nauis causa eiciuntur. he enim domi-  
norū permanēt. quia palam est casuō

¶ Alia. Insti. de  
rejudi. §. alia  
sane.

eo animo quia quod quis eas habere nolit, sed magis nō ipse nauis /  
 maris periculum efugiat. prestat quidem cōsulere vite, dispen-  
ditio rerū, quod simul nō rebus interire. Quia de causa si quis casus  
 fluctibus expulsus uel etiā in ipso mari natus lucri diuō absi-  
 tulerit, furtū cōmittit. Neque longe videntur discedere ab his  
 que a rede corrente nō intelligentibus dominis cadunt.  
 Utrobique enim defeat voluntas domini. Cum necessitas duri-  
telum abluere cōpulet. Et ignorans nō potuit velle. Simili-  
 ratōe censendū de eo qui ignoratē soluit indubitū. dū se de-  
 bere crederet. Item de illo qui spe future numeratōis chi-  
 rographum de numerata pecunia cōscripsit. Primo error ex-  
 cludens cōsensum peperit repetitōem. Secūdo vero delusio spei. In-  
 cupis euentū cōsensum expresserat nō aliter expressurus, nō  
 numeratę pecunię attulit exceptiōem.

Voluntate itaque domini ab se abiacens rem suā ratā haberi  
 naturale est. Sed talem voluntatē libere & deliberate interua-  
 nisse credendū nō est secūndū rectā ratā, quando ignorantia,  
 aut error, aut spei delusio, aut necessitas atempstate, uel ab  
 hoste violenta metulose, aut dolus malus, aut incōsultitatis,  
 aut nō sana mens adfuerunt. Quis enim dicit ignoratē id quod  
 ignorauit voluisse? Aut errantē cōsensisse in id in quo errauit  
 nesciens aliquid quod pro certo tenebat pro sue voluntatis funda-  
 mento sua opiniōe deceptus? Quid enim tā cōtrariū est cōsen-  
sui, quod error qui imperitiā decept? Dolus itidē imperitiā  
 ignorantā & simplicitatē arguit ornūenti, & maliciā & calli-  
 ditatē deceptoris. Dolū quippe malū cōstat esse cōm calliditatē,  
 fallaciā, machinatōem ad ornūeniendū, fallendū, decipiendū al-  
 terū adhibiti, blande suadendo uel dissuadendo, simulando uel  
 dissimulando aliqua: quod credidit verū & sibi proficiuā deceptus  
 ex malignitate & sagacitate decipientis, dū se amicu & bonum  
 cōsultorē apparenter ostenderet. Unde fortius voluntatē & cōsensum  
 sic falso induci & attrahi abesse credimus. Parig modo tū inter  
 cōs cōstet fragile esse & infirmū minoris etatis cōsilium & multis  
 captiōib⁹ suppositis expositi, multoq; insidijs suppositū, nō dicā-  
 mus minorē voluisse rem suā perdere. Cū si boni cōsilijs esset  
 cupax, id nō voluisset. ut pote partim & quodāmodo sit mente  
 captus ex facultate & leuitate etatis prudentiā experientiaq; nodū  
 roborate. Unde quod ore profert in damnū sui, nō ex animi

Dispen-  
ditio. erasmus in  
 naufragio. & ex pona.  
 .i. c. & ff. ad. l. r. h. d. i. a.  
 de iactu. p. r. h.

Duri-  
telum. ex erasmo  
 in naufragio. & in alai  
 mistia.

Quid enim. ff. de iuris. o. i. u.  
 .l. si per errorem.

Dolus itidē. ex. l. i. ff. de  
 dolo.

Parig modo. ex. l. i. ff. de  
 m. j. no.

Sententia neq; ex voluntate libere processisse credendum est  
et quod voluit ut inconsultus, noluit ~~voluisse~~ <sup>voluisse</sup> creditur ut  
prudens & bene consultus, quale natura & lex eum esse vo-  
luit ad bene administrandas res suas, et si talis fuisset pro-  
culdubio in tali sui iactura non consensisset. De Insano autem  
furioso mente capto non oportet plura dicere: cui mens & me-  
tis potentie desunt. // Preterea necessitas imposta per vim  
vel metum contraria est voluntati. Cui locum non habent consensus  
ubi metus vel coactio intercessit. // Servari igitur & rata habe-  
ri voluntate ignorantis, aut errantis, aut tempestate, aut vim  
metumve, aut dolum patientis, aut minoris, aut insani in tras-  
latioe & alienatioe reru suaru Innaturale Inhumanuq; repu-  
tamus. //

Contraria est. ff. de eo  
quod metus cau. q. 1. l. 1.  
Cui locum. de sponsali.  
c. cum locum.

capitulum .xj.

de  
p/ru  
pali.

Indbu

No nūm

eo dño eiici q̄ quis eas habere nohit, sed magis cum ip̄a navi maris periculum efugiat. prefertat quidem cōsulare vite dispendio rerum q̄ simul cum rebus interire. Qua de causa si quis eas res fluctibus expulsas uel etiam in ip̄o mari nactus lucrandi animo abstulerit, furtū committit. neq̄ longe uidentur discedere ab his que a rēda corrente nō intelligentibus domibus cadunt. Utrobique. n. defecit uolūtas domini <sup>etiam</sup> necessitas durum telum abicere compulsi. & ignorās nō potuit uelle. ¶ Simili ratione censendū de eo qui ignoranter soluit indubitum, dum se debere crederet. ¶ Itē de illo qui spe future numerationis chirografum de numerata pecunia cōscripsit. Primo error excludens consensum peperit repetitionē. Secundo uero delusio spei in cuius euētum consensū expresserat non aliter expressurus nō numerate pecunie adhibet exceptionē.

Dispendio. Erasmus. In naufragio. et in Iona. 1. r.

Telū. Erasmus. In naufragio. et in aliumestina.

Indubie solum.

Nō numerata pecunia.

Capitulum. .XI.

De thesauro.

Thesuro. C. de thesauro. l. 1. l. vna. ff. de acqui. re. do. l. m̄q̄. s. thesaurus. c. l. si is qui in aliena. Et in. q̄ sim. regalie. c. vno. In usibus. Insti. de rey. diu. s. thesauros. ff. de iure fisci. l. 3. s. si in lo. 13. 2. parti. ti. 28. l. 49.

**C**eterum thesaurum inueniens & reman-  
 licenam usu capiens nō videtur exuolu-  
 tate priorum dominorum rem acquirere. Que  
 igitur erit causa talem acquisitionē justificas.  
 Nempe thesaurus uetus quedam depositio  
 pecunie est, cuius nō extat memoria, utpā  
 dominū non habeat, sic enim fit eius qui  
 inuenit, quasi nō alterius sit. Est autē  
 thesaurus pecunia ab ignotis dominis ue-  
 tustiori tempore abscondita, censetur ete-  
 nim in nullius esse dominio, cum domi-  
 ni sint ignoti, neq; sciri posse credatur, quod  
 enim de nō essentibus, idem de nō appa-  
 rentibus iudicamus. Est quidem naturale  
 ex rebus proprias utilitates sumere. Ideoq;  
 thesaurus (ne adhuc inutilis ac ociosus pre-  
 maneat) dandus fuit alicui, inuenienti cer-  
 te in fundo suo, siue fortuito, siue sedulo  
 & data opera querenti. Cum expediat qd  
 supra usq; ad celum & infra superficiem  
 usq; ad tartarum extendit, dño rei appli-  
 cari. Alioquin strictissimum & nō intē-  
 grum imperfectumq; esset dominium.  
 querere igitur thesaurū in fundo proprio

Thesaurus quid?

Vetus. ff. de ac-  
 re. do. l. nūq; s. the-  
 saurus.

Penuria. C. de  
 thesauris l. vna.  
 in pñ. l. 10.

Apparentib;  
 ff. de stralxn.  
 emptio. l. in lege  
 fundi.

Usq; ad celū.  
 de finitib; l. si  
 in pñ. ff. quoniam  
 cla. l. si vite. s.  
 pe. C. de finit.  
 l. altius.

Proprio. C. de  
 thesauris l. vna  
 l. 10.

cuilibet premissendum. Cum in re sua quilibet  
 sit moderator & arbiter. alias enim multe  
 utilitates impedirentur. Et inuento thesauro  
 utendi fuit tribuenda facultas, ne dei bene-  
 ficium seu donum fortune inuidiosa calumnia  
 persequatur. Quinimo voluntatem divina  
 sequamur: que illi potius quam alteri thesaurum  
 ostendit & obtulit. In alieno uero data-  
 opera invito domino querere thesaurum non  
 fuit quidem premissendum, ne ipsi dominio ini-  
 juria fiat. neue domini plenitudo anguste-  
 tur. neue damnum in excodiendo fundo pa-  
 tiatur. Sed neque ipso ignorante uel etiam per-  
 mittente fuit alteri tribuenda facultas. ne-  
 uano operi se hoies dedant & culturas ru-  
 rales uel alias bonas artes derelinquant. Cum  
 hec ars querendi thesauros uana, fallibilis  
 laboriosa, danosaque fundis, denique incertissima  
 & quocumque superstiosa acuitate bene instituta fuit  
 exterminanda. Et si domino fundum suum ex-  
 codiendi defur facultas non tamen fuit per-  
 mittendi ei alium inutiliter & uane occu-  
 pare: ut sua uoluntas in alterius damnum &  
 consequenter ciuitatis detrimentum reducat.

¶ In re sua. C. ma-  
 dati. l. in re madam.

¶ Beneficium. In  
 dula. l. vna.

¶ Fortune. ff. de  
 acq. re. do. l. siis  
 qui in aliena.

¶ Inuidiosa. Insti.  
 de leg. fusura. n. l. e.  
 C. de caduns tolle.  
 l. vna. Inpn. Insti.  
 per quas per so. no.  
 acqui. §. uir libri.

¶ In alieno. In  
 dula. l. vna. C.  
 de thesauris.

¶ Injuria. ff. iura  
 predo. l. venditor  
 §. si iustar. ff. solu-  
 ma. l. diuorsio.  
 §. si uir in fundo  
 Cepola de seruim. l.  
 h. j. c. 49.

¶ Culturas. Jo.  
 fater. §. thesauros  
 Insti. de re iudic.

¶ Fallibilis. bul.  
 . c. vno. q. sm rega  
 he. 2. part. n. 9.  
 . l. 12.



Quereret metalla.

Non est tamen par eademque ratio in  
perquirendo metalla & lapides, que natura-  
lia sunt consentiente dno in fundo alieno-  
querere licet. in quo decipi faciliter no pnt,  
ut in thesauro.

Metalla. C. de  
metallorij. l. ii.  
.l. an nati.  
Lapides.  
ff. de iur. predio.  
.l. venditor.  
s. fi.

Capitulum .xii.

De usucapione & prescriptioe.

Si res a dno nolente aplus eius  
dominium derelinquntur, cu hoc  
expresserit vel conjectura aliqua comper-  
tum sit, iam prediximus iusta ratione il-  
lum dominium perdere. & alium occu-  
pantem sibi querere. Quando vero tale  
quid non constat, at tamen fuit negli-  
ges in colendo & curado rem suam in-  
capiendo eius utilitates per multa tem-  
pora, cum facultas eam sumendi vel  
reasumendi, perdendi, vel quomodo libue-  
rit utendi vel no utendi ex natura do-  
minij perfecti sibi competat, quia eam  
sic negligere sibi utile & gratum reputat,

Prescriptio. dicitur  
In iur. de iur. prescrip.  
Et Jo. balbus. de eod.  
Et de hoc libro iudic.  
ii. c. et ibi iudic. de  
Et abnle. Josue. i. c.  
64. In fine. Et iudic.  
Judic. ii. q. 36.  
q. 98. Et Floro.  
2a parte dicit. l. i.  
.c. 19. s. 7. Et  
rius In iur. de prescrip.  
Prediximus.  
co. l. c. 10.

No curans re sua.

Perfecti. dicitur  
dus r. de iur. prescrip.  
bus. q. 6. ad finem  
et s. i. l. i. c. 10.



patientia uel taciturnitate aliquis cōsensus  
fuit eliciendus / deberet esse in minori de-  
trimēto / ut uidelicet eam habeat comoda-  
to uel precario. Cum nemo sua iacta-  
rae presumat / ut pote seipm potius ama-  
ns propriam utilitatem aliene natura-  
liter preferens. ¶ Sed si cōtra tam lōgo  
tempore ac bona fide possidentem liceret  
alicui rem petere asserenti se dominum  
aperiretur janua ad innumerabiles li-  
tes. Quōquidem qui forte nunq̄ fuit  
dominus causa uexandi possessore &  
ab eo aliquid extorquendi / litem hoc  
pretextu moueret / testes de tam lōgo  
tempore deponentes nō facile demēda-  
tio conuincendos produceret. possessor  
uero tam longa possessione tutum se  
reputans ad probandum se dominum  
documenta non facilliter inueniret. tem-  
pore oīa contere. si res ipa per mul-  
torū transiit manus / ut solet si a  
possessoribus. melioratade. emētōe & super  
melioramētis infinite lites laboribus &

¶ Lactare. ff. de  
probito. l. cum  
de debito.

¶ Ratio fundamentalis  
usucapōis seu prescriptōis.

¶ tempore. Ma  
2.º de repu. oī  
dus. ult. meta  
mor.

¶ Trāsiit. C.  
cro. 2.º. de offi  
c. 17.

expēsis

expendis homines atterentes oriret non  
 facile extinguede. Unde pax me  
 diues multifariam turbaret. Nemo  
 super suis rebus extaret securus. in  
 certus quilibet essetle dominio rez  
 suarum. ipa dominiorum distinctio  
 pro bono publico introducta uacila  
 ret similiter. Nemo ad colendam &  
 augendam rem uehementer ut o  
 portet aficeret: dum huiusmodi  
 controuersias tribationesq; expec  
 taret. Unde usucapio rerum mo  
 bilium & prescriptio immobilium  
 pro bono publico introducta est.  
 ne sq rerum diu & fere semper  
 incerta dominia essent. Cum su  
 ficeret dominis ad inquirendas res  
 suas Statuti temporis spatiu. &

Unde usucapio. ff.  
 de usucapio. l. 1. Insti.  
 co. n. 1. Insti. ff. pro suo.  
 l. si. glo. r. quinqu.  
 16. q. 2. 3. part. 2.  
 29. l. 1. Plato. 12. de  
 legib. 3. co. ad fin.  
 Judicu. li. p. b. m. ro.  
 de lira. et abulen.  
 ibi. q. 26. 48. cum  
 sequentib. Et id. Josue.  
 l. 4. 64. Insti. ante  
 mimis. 2. parte dor  
 ri. n. 1. c. 19. §. 7.

ut

ff. de  
cum  
p.

ore. Pa  
epu. ou  
li. men

siut. U  
Deo fip

ut aliquis litium finis esset / & ampu-  
taret fraudem & iurgiorum mate-  
ria. Bonū nāq; publicum in du-  
bus potissime consistit, in pace s;g  
politica, & abundantia rerum. Em-  
nero si tolleretur vel nō introduce-  
retur in civitate usucapio & p̄scrip-  
tio, Cum multi negligunt bona  
sua / alij nolent ea capere, dam-  
nificando & possidendo nō efficiunt  
sua, taliq; modo pereuntibus bonis  
particularibus perire quoq; necesse  
erat bonū cōe quod ex particula.

bonū nāq; aristo.  
7. polit.

Enimvero. Scetus.  
frā. de maro. 4. sen.  
di. 16. 10. an. Inrlā.  
possessor. de regu. ju.  
l. 6. In mercuria.  
Abulē. Judicā. ii.  
.c. 9. 99.

~~Mala fide possides nō prescribitur~~  
~~neq; furtiva vel in rapta pres-~~  
~~cribitur~~ ribus constat. terre-  
matris fecunditas neq; a quo  
q; impedienda est, neq; permittē

Terre matris. Plato.  
12. de legib. cō. 6.

Cap. XII. De Usurpatione & Prescriptione.

dum utilitates in rebus a natura tri-  
butas occas & frustra manere. Re-  
gula quidem naturalis quedam e-  
quod bonum publicum seu comane  
no deserat nec negligat. Et altera  
ymo q potius diligat & plus cure-  
tur q bonum particulare. Si ta-  
me<sup>no</sup> introducatur prescriptio & u-  
su capio, turbaret pax communis in  
qua consistit magna pars felici-  
tatis politicæ. quandoquidem lites  
fieri<sup>ferunt</sup> immortales, ubi etiam post  
magnum tempus liceret repetere/  
quascumq res pacifice ab alio po-  
ssetas, ut predictum est. debuit  
ergo introduci prescriptio & usu-  
cario contra iura privatorum/  
ut

Particulare.  
aristo-1. ethico.

ut nō tollerēt totum bonū publicum  
s; pax comunis. Et propter istas  
duas regulas conseruandas. & quia  
est alia regula similis nālis q̄ de  
liquens & faciens quid damnoſū  
reipublico puniatur. Eapropter in  
hoc recedit ab alia regula natu-  
rali dictatē. q̄ nemo ditetur  
seu locupletet̄ cum detrimento  
& damno alterius, ymo potius  
limitat̄ & declarat̄, quia in p̄-  
posito tale detrimentū negligens,  
rem suam in penam sue negli-  
gentie meret̄. Et similis declara-  
t̄ ac limitat̄ alia regula iuris  
gentium dictans, q̄ quilibet ha-  
beat facultatem utendi uel nō

utēdi

utendi res sua quomodo uoluerit. quia  
 est intelligenda, dum modo intentio  
 juris gentium uolentis ~~res~~ res sin-  
 gularum prodesse & utiles fore ser-  
 uet, ac perinde bonum publicum  
 conseruet. pro quo talis acquirē-  
 di modus licite fuit institutus uel  
 puniendo ex negligentia delin-  
 quentem in rem publicam uel  
 eum habendo conjecturate prode-  
 relinquēte post tantū tempus re-  
 suam & nolente amplius ejus do-  
 minium.

Dereliquēte.  
 Abulen. iudicium.  
 .ii. c. 4. 39.

¶ Hanc dominij acquisitionem uel  
 homines inter se generaliter cōs-  
 tituerunt, uel ille in quem cōs-  
 enserunt, ut statueret quod

bono



bono publico conuenire sibi uisum esset,  
 hoc statuit. Et sic virtualiter &  
 generalit̄ consensit dominus, ut per  
 talem modum dominium suum sibi  
 auferat: quāuis nunc specialiter nō  
 consentiat. Sicut ille, cui res <sup>in</sup> emphite-  
osim est concessa, perdit dominium  
 utile nō soluendo pensionem. Et si nūc  
 in speciali hoc casu nō consentiat,  
 cum a principio in genere consen-  
 serit.

Virtualiter. Cō  
 radus. trac. de con.,  
 tractib. 9. 14. in n.  
 l. in fine. 3.

Emphiteosim. C.  
 de iure emphiteo.  
 l. 1. et 2. de loca  
 no. r. potuit.

Mala fide possidens  
 nō prestatur neq̄  
 Mala fide possessa, furri-  
 na uel vi rapta nō p̄stri-  
 buntur.

Verum cum pro fundamēto  
 nostre ciuitatis posuimus domini-  
 orum distinctionem: nō fuit cum  
 ratiōe aperienda uia, ut aliquis  
 scienter usurparet uel retineret  
 rem alienam, neq̄ illam per fū-

Distinctionem.  
 §. eo. l. 1. c. 4.

furu

tum seu violentiam occuparet. Siq̄  
dem crederent homines sic usurpa  
ta se aliquando per tempus iuste  
detinere posse se vel alium in qm  
transferret licet ignorantem illud  
initium quo fuit usurpata: allice  
rent atq̄ imitarent cupidi ad  
usurpandum aliena & ad confundenda  
illam dominorum distinctionem cuius  
conservationem est opere necessaria  
civitati cognominis, Et ex fraudi  
bus malicijs & audacijs improba  
tis comodum reportarent. Tali  
bus ausis & versutis fuit quin  
potius obviandum. Neq̄ oportet  
q̄ tempus reddat securum, quem

Reportarent.  
de restitut. c. sedes.  
et. c. ex tenore. C.  
de servis fuga. l. qui  
nig.

conscientia

FRANCISCAVINI DIEGOTI

conscientia rei aliene jugitè inquietat,  
afligat litibus & tandem rem alienā  
post quantacūq; tempora reddere  
cogat, seueculpe condignas patiatur  
erumnas, saltem in sustinēdo uerido,  
mim querimomias uel aliorum in  
quos & si ignorantes ipse transtū,  
lit. Ita incitamenta ad usurpādā  
rem alienam incurata relinquere  
plus damni bono publico afferret:  
q̄ evitare litigia uel tutum reddere  
talem male fidei seu uiciosum posse  
ssorem. Cum melius sit ante tem  
pus occurrere q̄ post causam uulne  
ratam remedium querere. princi  
pjis fuit quidem obstandum. sero e

Melius. C. q̄no lit.  
vniūq; sine se. sed in  
dica. l. vna. C. in q̄bi  
cau. In iure. resta. nō est  
nec. l. fi.

Principis. Ouidia  
de remedio amo  
lit.

Cap. XII. De usurpatione & prescriptione.

nim medicina parit cum mala personis  
 gas conualuere moras. Predicenda fuit  
 lex: que ab usurpando arceret & usur-  
 panti securitatem spemq; securitatis  
 adimeret & illum ad restituenda  
 usurpata quotidie interpellaret. In  
 de male fidei possessor uel rerum fur-  
 tiuarum aut ui captarum & si a  
 bonafide detentor non usucapit nec  
 ullo tempore prescribit. Prescriptio  
 quidem male fidei duo simul indu-  
 cit, scilicet qd aliquis iuste perdat,  
 & quod alius iniuste acquirat. Si  
 tamen unum possit esse sine altero.  
 puta qd aliquis iuste perderet do-  
 minium sine hoc qd alter iniuste  
 acquireret, esset profecto hec prescrip-

// Malefidei. de  
 regu. ju. l. 6. c. po  
 // ff. de p. s. r. p. r. o.  
 . c. vigilat. q. c. fi.  
 abul. iudic. ii.  
 . c. q. 61. e. 62.  
 // Furtiuarum.  
 Inst. de usucapio.  
 q. furtive.

// Prescriptio quide.  
 Ex abulen. iudic.  
 ii. c. q. 61.

no lic.  
 sed m  
 m qly  
 no est

uidiq  
 amo

LIBRARIUS GABRIEL DE GORR

tio tam iusta q̄ si cum bona fide. nō,  
tamē in ea pōt quis perdere dominū  
rei sue, quin alius efficiatur illius do-  
minus. Inducit nempe huiusce prescrip-  
tio malum permittit bono, & ipsum  
taliter permittit est malum simpli-  
citer. quia bonum constat ex causa  
integra s̄ ex collatiōe omniū cir-  
cūstantiarum particularium. Malū  
vero ex defectu particularium  
bonorum vel circūstantiarū, itaq̄  
deficiente quacūq̄ circūstantia  
boni actus efficit malus. Prescrip-  
tio ergo male fidei est mala.

Efficit malus. aristo.  
2.º ethico.

Sed uerum fateor q̄ possent  
hæc separari, q̄ iste negligens pu-  
nietur in amissione rei sue & ap-

pliorer

Cap. .XII. De usuapicō & p̄ scriptā.

plicaret fisco. vel aliter mulctaret,  
 & q̄ male fidei possessor nō acquire-  
 ret. quod potuit fecisse lex, & si ta-  
 le quid fecisse habemus nō reperit,  
 forsā ne ex maliciā usufructus &  
 malefidei possidentis proveniret pe-  
 na in verum dominum resaltaretq̄  
 in exultatiōem & gloriā sic possi-  
 dentis, & videret quodā modo app-  
 bari ejus malefactam in alterius  
 damnum, ip̄ malefidei possessore im-  
 punito relicto, qui cum majorē  
 merito & ratiōe fuit quimpotius  
 puniendus, cum ip̄e potuit resti-  
 tuendo rem vero dño excusare ejus  
 damnum & penam & proprium  
 evitare peccatum. Dato tamē

¶ nullus esset modus puniendi huc  
negligentem rem suam, potius debe-  
remus illum impunitum relinque-  
re, § simul cum pena illius causa,  
re culpam et peccatum alterius,  
et cum ipso ac perinde ad malum  
invitantes. Esset enim ad evitanda  
boni publici offensionem, ipsum bo-  
num publicum gravius offendere. Quia  
per dum per prescriptionem curamus  
salvare bonum publicum in pace  
et abundantia rerum, per malam  
fidem prescribentis (si id permittere-  
mus) aperiremus utique viam lo-  
ge faciliorem ad usurpandas injus-  
te res alienas contra dominorum  
distinctionem in salutem gentium

institutam.

institutam. & ad turbendam a  
criore modo pacem politicam. Et  
cupientes vitare dyram cambdum  
incideremus in acerbiorem scilla.

Ansam. d. 860.  
supy. c. cu olim. in  
exua. p. r. u. d. u. s.  
d. p. r. i. u. l. e.

de ansam soluentes non dū ligare  
mus, & uno hydre capite ampu  
tato plura suscitaremus. falsa qdē procul  
abjicienda remedia: q̄ veris sunt  
periculis graviora.

Falsa. d. celebra.  
missa. c. de homine.

Capitulum. XIII

De fluminibus.

Quedam alie coicactioes seu rez  
trāslatioes causatur a flumine.  
Nam ejus ripa in publicū dedu  
citur usum. proprietas autē moi  
nis reservat. Insula in flumine

FRANCISCAVINI DIE GHOIB



nata circum vicinis distribuitur.

Aliena a flumine derelictus agris  
similiter applicat propinquis. Et

novus ab ea occupatus in prediis

privatis publici juris, efficitur quod

ex uno agro flumē dācū subri-

pit ut dicunt per alluvionē iuste

alteri cōpiscat. Manifeste sunt

quas omnibus utilitates flumi-

na prestent. omnium in terra

nascentium causa sunt, fruges

gignunt, arbores fructices herbas

producunt. sordes detergunt. po-

tum animantibus pisciumque

copiam tribuunt. Onera subue-

bunt, molendina & cetera talia

minis erant. Sed qui agros ha-

bent flumini circumiacentibus maxima onera dā-

naque sustinent, inundationes scilicet superfine & florem

prediorum quandoque dissipantes.

¶ Luminū utilitates.

¶ Utilitates. aristo.  
de sensu sereno.  
r. 46. Isido. 12.  
ethimo. r. 12. pli.  
de nati histo. gene.  
2°.

¶ Onera dānaq.  
ff. quomo. seruo.  
amitta. l. si locis.  
h. si. glo. l. 2. p.  
suspirus. ff. si. ma.  
ange. l. si. stante.  
Inp. ff. co. r. 8.  
ide. l. nō sū. ff. de  
pe. here. ff. nejd  
in flum. pu. l. 1. p.  
sū q. puat. ff. de  
fluminib. l. 1. §. ri  
puat.

Dissipantes

Cap. XIII.

disperantes / inquietationes animalium ad a-  
quam uenientium frugesq; expillantiu pisci-  
catorum calcationes. & corrosiones agroru  
in parte & in totum dum flumen perpe-  
tuum nanciscitur incrementum uel alio  
flumio admixto uel qua alia ratione.

Ripa fluminis  
aquis sit.

Vnde in reconpensatiom damnoru huius-  
scemodi. cum naturaliter qui sentit onus  
sentire debeat comodum & e contra equu  
omnibus gentibus uisum est. qd (& si usus  
ripe publicus sit propter rationes superius  
deductas) eius tamen proprietatis sit uicinoru.  
Insula in medio flumine nata sit coru, ma-  
xime cum flumen tantundem excircuit  
uicinis corrosisse credatur. quod ex eo apa-  
ret / quia si non nascitur in medio / sed  
aduersus unam partem / habentes agros  
ex illa parte totam habebunt insulam.

Qui sentit de  
regu. ju. l. 6. c. 1.  
qui sentit. cum  
onore.

Proprietatis.  
Insti. de reudi.  
§. riparu.  
Insula. ff. de  
flumi. l. 1. §. si in  
sula. ff. de acqui.  
re. do. l. adeo. §.  
insula. c. 1. in  
 indigentia atque cupiditate omnia hominibus  
 dependere perspicitur. Harum due sunt in ani-  
 malibus Statim natis cibi potusque cupidi-  
 tates. ad que cum esse animal innatum ha-  
 beat appetitum, impetu rapitur: neque ver-  
 ba illius auscultat qui monet aliud agendum  
 esse: quod ut horum cupiditatis voluptatesque  
 expleantur, & dolores contrarii deventur.  
 tertia nobis indigentia ingens & cupi-  
 ditas acutissima, que ad propagationem  
 generis inest, posterius quidem nascitur,  
 sed ardentissimo furore & maxima pe-  
 tulantia homines urit & agitat. Hic enim

¶ Furore, maus  
 qui. mo. nam. est.  
 legi. s. illud.

¶ Inebriat. iust.  
 de successio. subla.  
 s. fi.

¶ Trina. Pluro.  
 6. de legib. 13.  
 ad. aliud in con-  
 nio.

FRANCISCAIN DIE OTOR

Plan  
 by. d.

o. ff.  
 mrc.

i. in  
 pnt.

h. g.



afectus corporis sic omnium est eorum, ut non  
 alius sit violentior, aut inuicibilior.

¶ Affectus. erasmus paraphras. sup. mathe. c. 19.

¶ Cum excogitasset deus duorum sexuum  
 rationem, attribuit his, ut se inuicem appetere  
 & conjunctione gauderent.

¶ Excogitasset. Laurentius. 6. diu. inst.

itaque ardentissimam cupiditatem creatorum  
 animantium corporibus admiscuit, ut  
 in hos affectus avidissime ruerent, eaque  
 ratione propagari & multiplicari genera  
 possent. que cupiditas & appetentia in  
 homine uehementior & acrior inueni-  
 tur. quam quidem, cum sit eius tanta uis,  
 quidam necessitatem dicere maluerunt.  
 oportet ergo sibi quemque proponere du-  
 orum sexuum conjunctionem gignen-  
 dium causa datam esse uiuentibus, eorumque  
 legem his affectibus positam ut successi-  
 onem parent. ¶ Grande & immortale  
 & pene ultra naturam corporalem ser-  
 uare luxuriam & concupiscentie flammam  
 adollescentie facibus estuantem animi  
 uirtute restringere. ideoque melius fuit  
 nubere quam uiri. quamquam liberus est

¶ Grande. Iheronimus. episto. 2. parte 100. 9. epla. 19.

¶ Melius. p. ad corin. 7.

¶ Liberus. Erasmus. paraphras. sup. mathe. c. 19.

non illigari matrimomo, tamē tutius est  
intra conjugij cancellos contineri: quā  
go concubitu possui.

Capitulum. .XIX.

De cōitate uxorum & filioz abhorē  
da: -

Quoniam Vanus uero tam uehementissime,  
ardentissimeq; natura incitet i,  
pellatq; mares & foeminas ad hanc cō  
iunctionem. non tamē ob id in ciuitate  
nostra foeminas cōes constituemus, neq; u  
num uirum duas foeminas, nec unam  
foeminam duos uiros habere permitte  
mus. sed unū una potiri tantum, unāq;  
uno contentam esse. id enim nature ma  
gis consentaneum & ipis conjugibus  
& ciuitati & proli comodius. Nā si a  
lud natura uoluerat, in principio cre  
ationis hōis fecerat. <sup>uiri</sup> uirum tantū uirū  
uni foemine coniūgit. duos gemellos  
masculum & femellam prima ma  
ter postea simul coniungendos pari

Non uxores cōes.

Unus in una copulat.

Nature. bide abule.  
2<sup>o</sup> paralyt. c. 11. q. 24.

Proli. Abuler.  
mathe. 27. c. 9.

172.

FRANCISCAIN DIE GROMB

ebat. Si uni uxori duos maritos dederimus: amor diuisus inuidia zelotipiæq; concitatus atq; concisus ad copulam & rixe cōtinuæ imper fedtam tumultuantem ac periculosam redderent societatem, in medio duorum ignium foemina constituta aduretur, duobus simul seruire non poterit neplacere. Et forsar (ut solet accidere) alter ab altero foedatam ac actu tam turpi foedatiuog pollutam cognoscere recusabit. <sup>abhorrens.</sup> Preterea pregnans sine ordine forsam concutietur & abortiri cogetur. a bo uiri dubitantes an partus sit alterutrius nō curabunt uel tepido dubioq; prolem prosequantur amore. Proles filii <sup>simili</sup> dubietate patri nō obsecundabit ueneratione qua decet, Vacillabit cōcordia que ciuitatem eiusq; partes conglutinare solet. <sup>Et hoc maxie dignitati repugnat humane.</sup> multo maiora inconuenientia sequentur / si foeminas cōs & per consequens filios cōs constitueremus. Dum impossibile sit filios esse cōs. quia in actu generationis, duorum uirorum semina nō cōue-

Si uni. Cay.  
 tang. de Insti.  
 repu. 4. q.  
 n. 7. Abul.  
 In repetitione  
 de optima polita.  
 conclusiōe. q. p. n.  
 n. m. 188. u.  
 sequenti. @  
 m. 209.

Et forsar. abu  
 len. In repetitōe  
 de optima polita.  
 conclusiōe. q. p. n.  
 m. 211. Si qui  
 ratio.

Dignitati.  
 abulen. leij.  
 13. 9. 7.

Filios cōs. aristo  
 2. polit. tract. 1. c. 1.  
 tho. 4. de reg. p. n.  
 . c. 4. Cayetan.  
 de Insti. repu. n. 7.  
 Abulen. In repeti  
 tōe de optima polita.  
 ultima cōclusiōe.  
 nu. 216. n. sequenti

Filij nō cōs.

miunt, sed unū solum ex parte unius vi-  
ri. propter quod ipa etiam animalia su-  
os natos cognoscunt / quanto tempore est  
necessarium ad nutrimentum filiorum.  
ut in pullis avium maxime contingit  
antēq̄ ad volare possint. Corvi pullis a-  
limenta nō prestant / donec suos esse cre-  
dunt plumarū migrarū inditio. Corui. Job. 39.

Hujusmodi molestias nō facile erit  
vitari puta plagas & neces partim vo-  
luntarias partim involuntarias & rixas  
& jurgia, que neptas est cōmittere aduer-  
sus parentes & propinquos / magis q̄  
adversus extraneos. Sed frequentius illae  
venire ubi ignorant q̄ ubi sciunt, &  
ea si contingat / a scientibus expiari debi-  
to modo possent, ab ignorantibus non. Ex  
coitate namq̄ uxorum sequeretur incer-  
titudo filiorum. & per consequens cessaret  
cohibitō plagarū & necium in parentes.  
nec parricidium acrius puniretur inte-  
rorem aliorum, auferretur superioribus  
obedientia, tolleretur nālis amicitia inter

FRANCIS GARDINER GARDINER

Cay.  
yhi.  
4.  
ulc.  
ne  
olma.  
pn  
u  
2n. abu  
ctio  
colita.  
dnay.  
si. quis. aristo  
act. c. 1.  
p. n.  
etiam  
pu. 11.  
repen.  
a polna.  
usioe.  
i sequenti

cives, & hec noia pater & filius tā dulcia  
 amoris & consanguinitatis noia abolerēt.  
 ut enim parum mellis multa in aqua  
 diffusum insensibilem facit mixtionē. Sic  
 accidit in hac coitate uxorū & filiorū.  
 Cauent consanguinei mala in consanguine  
 os propter consanguinitatem perpetrare.  
 duo namq; sunt que faciunt homines cu  
 ram habere & amare. proprium s; & a  
 fectio. quorū neutrum in tali coitate re  
 maneret. Cresceret pretera inordina  
 ta concupiscentia. S; & minueretur  
 generatio prolis. Si enim ad unā acce  
 derent plures ueluti ad prostitutā, quia  
 forsam pulchior, ex frequentissimo coitu  
 non conciperet nō emittens semē sine quo  
 gigneret non pot. Et posito q; emitteret  
 cum haberet ex frequentia coitus matrin  
 cem oblimatam, pilosq; quibus semē debe  
 ret retinere, coopertas, ad modum marmo  
 ris uncti quicquid reciperet, emitteret, &  
 sic concipere non posset. & ex frequenticoi  
 tu etiam cum uno contingit conjugatā

Meretrix nō concipit.

Prolis. Guill. de  
 cohib. p. m. c. 26. r. 21.  
 s. p. n. m. 190.  
 Et aug. in li. de  
 bno conjugali.  
 abulen. mathei.  
 q. c. q. 199. p. 1.  
 tertia causa est.

non

non impregnari. Et ex multitudine coitus  
mouente matricem contingit aborsus.

Aborsus. Vinctus. Spec. nat. l. 7. c. 99.

EST ergo per coniugium duorum factum unius masculi cum una foemina coicatio omnibus delectabilior honorabilior utilior & perfectior. per eam namque & conjuges & ipsa ciuitas consequuntur fulcimentum & immutabilitatem. Deus & natura sua intentione non frustrantur. Et inter omnes coicationes antiquissima ipsa natura summusque legislator illam instituerit.

Capitulum. .xx.

De dote: —

Dote. bal. nouell. In mut. de dote. 10. c. 1. de code. baptista de suto blasio. In mut. de priui legys doris. fit mencio de dote. c. 10. 22. q. 1. abulen. q. 10. c. 1. q. 1.

HIS itaque rationibus atque naturali desiderio iugiter importunaeque causam suam orante, vir quilibet per suadus ducere proponit uxorem. Sed pleraque inconuenientia & difficultates se maximo offerunt impedimento. quo quidem onera matrimonij non minima esse

Onera matrimonij

esse noscuntur. quibus necessitas imponitur marito omnem mulieri cum familia sua sustentationem sustinendi, alimenta medicamentaque prestandi, & nichil pretermittendi, eorumque maritum afferre dicit uxori, uecturas quoque eius, uectigal & expensas non modicas in itinere facere. Multa sunt que matronarum sunt usibus necessaria, preciose uestes, aurum, gemme, supertus, ancille, & supellex uaria & fastus incogitatus. Dimittit sponsalitia largitatem & nuptialis festiuitatis uel conuiuij expensas, & ipsius mariti & familie meliora ornamenta. que pretermittere ob consuetudinem uerecundum est & quodam modo necessarium. Dimittit etiam pregnantis grauedinem & errantia desideria. Sed cum gemebunda pepererit, & in uagientium paruulorum educatione, & intradendo nuptui filias & filios quingentes labores & sumptus requirantur, memo

„Afferre. ff. de ma.  
l. si uideat. §. si in  
in stultissimo.

„Vecturas. ff. de do.  
nato. in vi. e. u. p.  
l. si quis prouocare.

„Matronarum. de  
ophthalmis q. refer  
laertij. l. de u. p.  
(2 moribus philo.

„Uerecundum. ff.  
de u. p. l. in fidei  
commissi. in fi.

„Nuptui. ff. familia.  
hered. l. si filia. §.  
hoc amplius.

est

est qui ignoret.

Hec igitur vir ille qui ducere affecta-  
bat uxorem circumspectus, in matrimo-  
nio quod antea ardebat, his considera-  
tis tepescit. Solinagus incedere manusit  
libidinis ignem per erraticos vel forsã  
ab-hominabiles coitus restringere intendens.  
Sicq; foemine quibus nubant non inue-  
nientes vel celibes ac oĩ auxilio destitutas  
permanere, vel nõ fixis sed mutabilibus  
non duraturis amplexibus se immisce-  
re cogentur, ac perinde forent cões, qu-  
od superius detestati sumus. Quãobrem  
quodãam medium adinuentum est  
quod ab hujusmodi terroribus & diffi-  
cultatibus liberaret, quedam comuni-  
catio facienda ex parte uxoris: qua vir  
sustineat onera predicta: propter que  
matrimonium forsità fugitabat. Ea  
est s; que appellatur dos propter o-  
nera matrimonij constituta. Subla-  
to igr quod erat impedimento & a-  
vertebat virum a contrahendo matri-  
monio

Onera. ff. de ma.  
l. siã dõte. §. si aut-  
in senissimo. ff. de ju-  
redo. l. dõtis fructus.  
Impn.

Dos Introducta.



monio, concesso videlicet remedio ad sustinendū  
onera ejus idest dote mulieres inuenient qui-  
bus nubant, uel quia uiri licet diuites cu-  
piunt tamē augere diuitias, uel quia inopes  
ex dote se ali sustentariq̄ sperant, ideoq̄  
dote inuitati ad nuptias ueniunt, ex quibus  
soboles proueniēt ciuitatem repletura ac fu-  
futura. Iccirco dotem esse dotemq̄ conser-  
uari & uiri & uxoris & reipublice seu  
ciuitatis interst. Vere reipublice interst  
mulieres dotes suas saluas habere, propter  
quas nubere possint, ut replant liberos ci-  
uitatem: cum quibus uiri sustineant cō-  
iungij onera. Dotata melius comochiusq̄ frac-  
tatur a uiro. Indotata uero facilliter sperni-  
tur atq̄ expellitur. Est ergo dos cōicatio  
inter conjuges laudabilis & necessaria  
conjugij pectisequa.

Inuenient. ff. de  
iure do. l. 2. ff. de pri-  
uile. credi. l. in nupt.  
Diuites. In aut.  
de q̄li. do. §. q̄ do  
lam. colla. 3.

Viriet uxoris.  
ff. de legat. p. l.  
seruo legato §.  
testator.

Reipublice.  
ff. so. ma. l. j.

Melius. In aut.  
de mptis. §. sic  
traq̄. colla. 4.

¶ Nō propt̄ea dos est acui,  
tate excludenda, q̄z propt̄  
eā habiliores fœmine a  
cōiugio resuuntur.

¶ Neq̄ a ciuitate decernimus excluden-  
dam hac de causa & occasione. q̄ ea exclu-  
sa uxores pecunie causa nō eligerentur,  
sed attenta complexione idonea ad gene-  
randum, & utilitate ciuitatis, cui cō-

Pecunie. li. i. i. i. i.  
relatus a lacrima  
li. de uita & morib.  
filosofy. et ab im-  
rino. spe. histo. li.  
4. c. 9. Et arthoma.  
q̄. de reg. p̄n. c.  
18. Et a Cayerano.  
de inst. repu. li. 4.  
n. 6.

gruit

gruit ut diues pauperi/ iracundus mansuete  
 coniungatur/ ut tali mixtura proles tempe-  
 rata & moderata oriatur. nam si hec  
 per rationem sanciremus ne diues diuitijs  
 aut potens potentis societate admittat/ co-  
 geremusq; uelociores animo cum tardiori-  
 bus/ & tardiores contra cum uelocioribus  
 copulari: non modo ridicula nostra oratio  
 uideretur: sed & iram multitudini conci-  
 taret. Etenim singuli ad sibi simillimum  
 natura feruntur. Quamobrem non lege co-  
 gendi/ sed persuasionem inducendi ciues/ ut  
 equalem temperatamq; liberorum suoru  
 generationem pluris faciant q̄ opulētissi-  
 me affinitatis equalitatem. Et eum qui  
 in conubio pecuniis inhiat/ non lege scripta  
 arcere debemus, sed opprobrijs <sup>bris</sup> & incorpati-  
 tionibus absterere. Non ergo lex dote  
 tollens recipienda/ nec eius ratio ueluti ri-  
 diculosa & multitudini exosa seu odiosa  
 non moribus acceptanda ut impossibilis.  
 Est enim contra æm inclinationem na-  
 ture. quam male inaequales ueniunt ad

Saniremus. Plato  
 .6. de legib. 12. cō.

Quamobrem.  
 Plato ubi sup.

Quamale. Ouidij.  
 In epistolis. bal. l. cum  
 quā. C. de fidem.

aratra

arata iuuenti. tam premitur magno conju-  
ge nupta minor. Si qua uoles apte nubere, ¶ Oe aul. c. 12.  
nube pari. Omne animal diligit sibi simi-  
le. sic & dñs homo proximum sibi. om-  
nis caro ad similem sibi conjungetur. Et om-  
nis homo simili sui sociabitur. Est prete-  
rea impossibile cognoscere mulierem q̄ con-  
ueniat ad generationem. Et si forsitan  
pauci conscant: non propter paucos lex  
uniuersalis est promulganda, que tollat  
sustentamentum matrimonij certum  
& notum, propter aptitudinem ad ge-  
nerationem incertam ambigua & incogni-  
tam.

¶ Nō propterea dñs c̄ mala,  
q̄ dotato solat superbire.

¶ Fatemur tamē q̄ sponsa sine dote  
non habebit audaciam. & intolerabili-  
us nichil est q̄ femina diues. he nāq̄  
sunt atq̄ alie multe indotibus magnis  
incomoditates, suntus intolerabiles. que  
indotata est ea in p̄tate est uiri. totate  
mactant & malo & damno uiros. Ad  
dotem immensam consequēs ut elatio a-  
nimi sit immensa. timor autē uiri nu-

¶ Audacia. men-  
pota grecis.  
¶ Intolerabilis  
Juuenal. 6<sup>a</sup> Satyra

¶ Incomoditas  
Plautus in aulona  
et in amphitruo.

¶ Immensam. p̄tra  
Ihu. 1<sup>a</sup>. de remedij  
prospere fortune.

Illus. non debebis reprehendere vitia: cum respici-  
 es dotem. non presumes <sup>hu</sup> humiliare illam:  
 per quam te memineras superbie fastigia  
 attigisse. non solum tedia, sed & probrade  
 injurias tolerabis. Nam uxore multum do-  
 tata nihil importunius, nichil intractabi-  
 lius. nil sibi non licitum arbitratur que  
 suas opes mariti comparat egestati. que  
 virum pascat, dominam seputat non socia.  
 Sine dote vero mulieribus contumeliosus  
 fastus minor erit, minor & viris humi-  
 lis illiberatisq; servitus. Iste tamen con-  
 tumeliosus fastus & alij tectiosi ex dote im-  
 mensa resultantis effectus tolerabiliores sunt  
 magisque medicabiles quam indigere & onera  
 gravia sustentare matrimonij sine dote.  
 melius est enim mori quam indigere. qualis sit  
 uxor futura vel humilis vel superba homi-  
 nes a principio ignorant. ideo bonum est  
 in eo quod potest se premunire. quia in-  
 utroque eventum sensati & prudentis viri  
 est inopie obviare ob quam multi deli-  
 querunt.

Fastus. Pluro.  
 6. de legib. 4.  
 co.

Melius. can. 40.

Deliquit. can.  
 40.

Ceterum

ERRATA CORRIGENDA

**N**ō dicitur uenale matrimo-  
nium, quia dote hinc inuitatur.

**C**eterum uenalia matrimonia & le-  
nonis amor esse uidetur. quō uxor do-  
nat uiro: quod est in uiri patrimonio  
& semper & gratis prematurū. nō uero  
uenale dicitur conjugium nec lenonis pētio  
cum dote[m] dat ad eandem reuersurū  
solutō[m] matrimonio. Et eo durante dat nō  
gratis, sed ei qui matrimonij subiturus  
est onera: ad que inuitatur pariter cum  
matrimonio, uelut esca pisces, ipa datione da-  
tis. q̄ non est lucrum, sed titulus onero-  
sus.

Venalia. ff. de  
donat. int. vi. C. uxo  
. l. 2. C. de inuol.  
stipu. l. 2. ff. de  
donat. int. vi.  
C. uxo. l. heredito.

Solutō. ff. so-  
ma. per totū.

Lucrū. C. de in-  
u. lura. de sp. l. 1.  
7. l. vna. ff. q̄ in  
frau. credo. l. ult.  
§. si asaro.

**P**uelle dote nō habentes  
nubant paribus.

**P**lane puella que non habentes dotes  
magnas nolunt uiris minoris status  
copulari, sibi imputent. Et multo plures,  
si dos de medio tolleretur, absq̄ conjugio  
remanerent. quod iam ueteres per mul-  
ta secula experti sunt dicentes. dotatas  
esse feminas ad sobolem procreandam  
replendamq̄ liberis ciuitatem maxi-  
me fore necessariū.

Dotatas. ff. l.  
ma. l. 1.

**C**apitulum. XXI.

De donatione propter nuptias:

Donatōe. ff. de dona.  
l. vi. c. lxx. pyrrus  
anglebermeus inur.  
de eodē. l. o. lupus.  
In r. de donatio.  
l. vi. c. lxx.

**D**otes itaq; uiris seruituras profutu-  
rasq; matrimonio constante & eo  
soluto ad uxores reuersuras iam constitui-  
mus. Sed hinc ingeniscentium mulierū  
fletus nos infestant. Dicunt enim maritos  
earum corpore & substantia & oī uita  
sua fungi (cum pene mulieris tota subs-  
tantia in dote constituta sit): Et q̄ ipi ma-  
riti nichil pro eadem dote rependant &  
ipam dotem coadiuuans ad eadem matri-  
monij onera subeunda: inequale arbitratur.  
Et cum ad suos uictus suasq; alimomas  
mulieres dotes habeant: assiduis achioni-  
bus earum inquietamur, per quas suas  
dotes deperditas esse lugent. Vn̄ efficitur hu-  
juscmodi causa miseranda, dum mulierue-  
niens difficultatem patitur, non inueniēs  
rem in uiri substantia, cum sit alienata  
alijs aut supposita, aut potentibus forte per-  
sonis: quatenus illi propter huiusmodi ca-

Infestant. Inuig.  
Cui. mo. narz. c. fi.  
legi. s. quoniam.  
Dicunt. C. qui  
pno. sup. h. l.  
l. assiduis.

LIBRARIUS SOCIETATIS REGIAE

usas / aut sit omnibus modis inhabilis uendi-  
 catio / aut difficilis & litibus egeat. Videt  
 preterea maritos dotis lucrum uel ex pa-  
 rtis uel alia causa legibus consequi. Cur  
 ergo & ipse foemine simili spe lucri priua-  
 buntur? cum ipsarum fragilitatem & na-  
 ture defectum adiunare & suplere ali-  
 qua supererogatione deberemus? Melius  
 enim fuerat mulieribus propter fragilita-  
 tem sexus quam maribus subuenire. Qua-  
 re eas equalitate iustitie priuabimus. Qu-  
 is enim carum non misereatur propter  
 obsequia que maritis prestant / propter  
 partus periculum & ipsam liberorum pro-  
 creationem?

*Litibus.* In  
 aut. ut in mo-  
 bilia an nup.  
 dona. In p. n.  
 colla. 4.

*Melius.* C. de  
 dona. an nup.  
 .l. ultri.

*Equalitate.* In  
 aut. de equali-  
 tate. In p. n.  
 Quis. n. C.  
 qui potio. In p. n.  
 habe. l. assidus.

Quare propter has difficultates atque  
 miserandas querimonias donatio prop-  
 ter nuptias a legislatoribus excogitata  
 est. que quasi antiferna intelli pot.  
 Est enim donatio facta mulieri propter  
 dotis dationem. ut non simplex donatio  
 intelligatur sed propter dotem & prop-  
 ter nuptias data. Simples etenim do-

*Excogitata.* C.  
 de donatio. an nup.  
 .l. ultri. post p. n.

*Est enim.* In p. n.  
 .l. ultri.

nationes non propter nuptias fiunt / sed propter  
 nuptias uelite sunt & propter alias cau-  
 sas & libidines forstā uel unius partis e-  
 gestatem / non propter iparum nuptiarū  
 affectionem efficiuntur. ¶ Donatio itaq; prop-  
 ter nuptias propter ipas nuptias fit. qua-  
 tenus ex ipa simul & dote nuptialibus  
 oneribus satisfiat. quod & uiri interst /  
 maxie si suo parenti eam faciendi nece-  
 ssitas imponatur. uxoris etiam cui abūda-  
 tius ex sic multiplicato patrimonio in uictu  
 & alijs providebitur. ¶ Fit etiam hec do-  
 natio propter dotem: ut facilius possit re-  
 cuperari & melius sit mulieri consultū.  
 Cum res donationis propter nuptias sint  
 in dominio mulieris sicut dos in domi-  
 nio uiri. Dominium enim rerum dona-  
 tarum propter nuptias est penes ipsam  
 uxorem: sed statim soluto matrimonio  
 desinit esse domina: dum tamen dos sit  
 ei soluta. Alioquin quādiu dos nō sol-  
 uitur / dominium nō reuertitur ad uirū

Donatioes donatiois  
propt̄ nuptias.

¶ Necessitas. C. de do-  
natio pro. l. ult.

¶ Uxor. 4. par.  
n. ii. In p. n. & l. j.

¶ Mulieris. In aug.  
 ut immobi. an nup-  
 tialis do. In prin. gl.  
 §. est et aliud. In st.  
 de donatio. Et In aug.  
 donatio quoz. C.  
 de iure do. bal. In a-  
 ug. siue ame. C.  
 ad velleya. anse.  
 In d. §. qd aliud.  
 Contrariū t3 bal. q.  
 do. in silio. 118. et  
 q. p. m. n. ii. l. 7.

FRANCISCAIN DIE GIORB



Hec enim donatio principaliter fit ut mulieribus optime fit consultum circa dotem soluto matrimonio. quia de rebus sic donatis satisfacit mulieri. unde fortius specialius & strictius jus habet in rebus sic donatis quam in alijs bonis mariti. Interest etiam mulieris talem donationem fieri. quia pactum quod fit inter conjuges de lucranda dote: equum est in fauorem mulieris ad donationem propter nuptias extendi, ut ipsa equalitas seruetur. Item eadem ratione sicut vir lucretur dotem propter adulterium uxoris, sic etiam uxor lucretur donationem propter nuptias ob adulterium uiri. Item interest mulieris quia sicut viro uergente ad impiam partem uxor constante matrimonio dotem uendicare: sic etiam donationem propter nuptias. quia debet deservire honoribus matrimonij. Sed istud genus donationis ueteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum. postea autem a jurisconsultis, introductum est.

Fortius. Ind. Jurib. Et C. de d. nupt. l. si. d. sanamus.

Pacti. de donat. m. vi. C. de p. uen. l. auz. c. lras.

Uxor. ff. de m. l. cu mulier. m. ut h. ma. C. de s. si de adulario. dona. m. vi. C. de p. c. plerumq. Adulteriu bu Induto. s. si de adulterio. ut h. no. cons. c. 1.

Sic etia. C. de re do. l. ubi adu. tradit. m. c. q. l. i. uris. de p. uen.

Veteribus. Inst. de dona. s. est aliud.

Capitulum. XXII.

¶ Iterū de donatione propter nuptias:—

**Q**uidam tamē hanc donationem propter nuptias improbare nituntur. nam superuacaneum dicunt esse dotem marito dandam introduxisse. si tandem ipse donare teneatur. tantum enim sibi aberit quantum aderit / & matrimonij onera ipse marito incumberent nichil pro his habenti: cum pro dote donationem propter nuptias facere cogeretur. un re intellecta / tamē dote in effectu nō exite / inconuenientia ante dicta redibunt. propter que uiri matrimonium fugiebāt.

¶ *Credēdū. C. nesci de iuss. d. d. n. l. 2.*

¶ Etsi preterea credendā esse mulier sese suam quoq̄ dotem parti mariti existimauit. sicut dicimus quare fidejussor exigitur uel alius intercessor / ut causa perfidie in conubio eorum generetur: sic dicere possumus quare similiter pro saluamento do

¶ Argumēta corrupre dicitur donationem propter nuptias.

FRANCISCI DE JORDANO

tis donatio propte nuptias preæigitur. Ca-  
usa enim perfidie pari formiter generabi-  
tur. nam videtur mulier parvam fidē  
& confidentiam habere de marito, cui se  
se credendam existimavit, si pro securi-  
tate dotis alterius fidem exigat cui se cō-  
mittat: tamq̃ maritus perfidus sit. cū <sup>Fraudulentus.</sup>  
perfidus dicatur quia fraudulentus est <sup>ysido. 2. c. hino.</sup>  
et sine fide quasi perdens fidem. & ex  
hoc odia rixæ et iurgia inter conjuges <sup>Materia. arto.</sup>  
oriuntur. quorum materia et ocasio per <sup>7. polit. trac. 2.</sup>  
legislatorem remouenda fuit. quod qui-  
dem si contingit pro dote fidejussoriam  
exigendo, quanto magis donationes prop-  
ter nuptias pro pignore seu hypotheca pe-  
tendo. quia quanto maiorem cautioem  
pro ea exigit, tanto minus de marito  
videtur confidere. major aut cautio nos-  
citur esse pignus q̃ fidejussoris fidem <sup>Incumbere.</sup>  
sequi. nam melius & securius est pig-  
nori incumbere, q̃ in personā agere.

Solutio  
Donatio p  
maritus l

Concludunt q̄ donatio propter nuptias fuit  
 quā potius acuitate expellenda, tamq̄ co-  
 nubium impediens faciendū. Et factū dis-  
 cordans. Vñ immedicabile hoc relinquendū  
 putant, Dum ex una parte dotem intro-  
 duci conjungio fuit conueniens. Et ei doti  
 donationem propter nuptias. Et marito  
 dotem ex una. Et uxori donationē prop-  
 ter nuptias ex altera. Et unum alterū  
 excludit. Cum inter ista sit pugna. re-  
 legq̄ jam olim erito proverbio dicatur ar-  
 dum esse aduersus duo contrariāq̄ pug-  
 nare. pugna enim . . . nūc nobis ad duo ī-  
 minet.

Proverbio. Pla-  
 to. ii. de legibus.  
 4. c.

Sed a latore legum remedium excogita-  
 dum est: quo utrumq̄ inter se pugnantē  
 unum saluum remaneat. nam duo contra-  
 ria eque iusta simul concurrentia tali  
 modo sunt temperanda, quod utrumq̄  
 in suo robore permaneat. Igitur donatiō  
 propter nuptias tale temperamentū a legis-  
 latoribus est adhibitū. q̄ uxor nō utat̄  
 tur nec fruatur re sibi propter nuptias

Excogitandum.  
 plato. ubi sup.

Duo contraria.  
 ff. de pign. actio.  
 l. si seruos. ff. de  
 iudicis. l. quid.  
 cum prohibet. In  
 aut. de nuptis.  
 §. q̄ vero nunt.  
 colla. 4. di. 97.  
 .c. ex antiquis.

Soluit argumēta.

Donatōis propter nuptias  
 maritus lūctur nō uxor.

FRANCISCVS GALIENVS MEDICVS ROMANVS

donata sicut maritus utitur re dotata. im  
 licet maritus lucretur fructus dotis: uxor  
 tamen nō lucratur fructus rerum sibi  
 propter nuptias donatarum. nā alioquū  
 non diceretur iam maritus percipere do-  
 tem ad sustentandum onera matrimo-  
 nij: cum tantū sibi abesset, quantum  
 adesset. **EST** ergo potens maritus recipiē-  
 di fructus cōter tam dotis q̄ talis do-  
 nationis ad alendum se & uxorem &  
 utriusq; familiam & ad sustinendū &  
 custodiendum matrimonium bene & fi-  
 deliter. Debet tamē maritus mittere in  
 possesi—onem donationis propter nuptias  
 uxorem, nō tamen uxor poterit illā a-  
 lienare. Sic ergo & marito & uxori  
 & doti & oneribus matrimonij est tali  
 temperamento satis consultum.

Donatarū. q̄  
 fre. In summa. de  
 donato. In v. q̄  
 nro. post p. n. h. q̄  
 In summa eiusdem  
 tituli. q̄. 2. In p.  
 glo. q̄. est et alid.  
 In st. de donato. q̄.  
 exequet. et In  
 aug. dos. dara. C.  
 & dona. an nup.  
 et In aug. de non  
 eligēdo sū. m. h.  
 q̄. si. p. p. n. q̄.  
 habet copio. p. q̄.  
 10. In p. In re p.  
 In re p. de dona-  
 tio. In v. q̄. nro.  
 70. q̄.  
 Potens. q̄. p. n.  
 n. 12. l. 7. In aug.  
 ut In mobi. an  
 nup. dona. In p. n.

Ex donatōe propt̄ nuptias  
 nō orit̄ ratio perfidie In cō  
 Iuges cā viciātib; sicut ex auctō  
 fideiussoris pro dote.

Rursus cum pro dote recuperanda su-  
 ficienter sit a jure cautum mulieri tū  
 hac donatione propter nuptias, tū hypo-  
 theca ceterarū rerū mariti, dum non  
 subest iusta suspitio contra maritum

ob quam de eo non debeat confidere) insuper petendo fidejussores, satis ratio perfidie generabitur. sufficit enim sibi ad confidendum remedium a jure sibi excogitatum: cum quo sit contenta mulier. Et cum hoc q nulla suspitio est contra maritum: cui sese credendam et dotem suam existimavit. nec debet esse tam sibi provida q ex ejus nimia providentia ratio nimie perfidie oriatur. Ista quidem nimie perfidie generatio a jure remouetur, nō aut alia minima. Vñ quantum confidere deberet mulier de marito: cui sese ipsam comisit, res etiam parafernales ejusdem mariti pati arbitrio gubernari: at tamē nullomodo muliere prohibente viros in parafernis se uolumus immiscere: quātūcumq ratio perfidie oriatur. Inde etiam mulier licite exigit pro dote fidejussores: quo maritus uergit ad inopiam, uel propter suspicionem inopie uel dilapidationis. Viro nāq uergente sua culpa ad inopiā: uxor pot ab eo dotem petere, uel q sibi prestat securitatem q eam nō alienabit. quod non pot ipso ad inopiam uergente sine culpa

Immiscere. C. de pactis conuent. l. huc lege.

Inopiam. c. per uias. de dona. inter vi. et uxo. sm mo. Card. abb. ibi. l. tur. l. si oportet. §. quo mens. 2. c. ff. so. ma. bal. ibi. Et ymo. Cy. l. ubi adhur. c. de iure do.

FRANCISCVS GAETANVS

pa sua. quo casu intelligitur quod ius edixit  
rat uxoremque impietate viri misit suū cor-  
pus non debere cū dote a se data priuare.

¶ Non ergo in his casibus ratio perfidie in  
conubio generande attenditur, quatenus se-  
curitas in dote prestetur. Si donatio prop-  
ter nuptias et hypotheca: que super abundan-  
tem faciunt exactionem fideiussoris, et magne  
perfidie ratio poterit suboriri. De qua etiam  
legislatores non curant. Quo ad securita-

tem dotis fideiussio incipit pertinere, quo vi-  
delicet vir incipit uergere ad inopiam. quod  
melius est ante tempus occurrere: quam post  
causam uulneratam remedium querere. Ra-

tio enim conseruationis dotis preponde-  
rat plus quam ratio perfidie. Sed dum con-  
seruationi dotis est satis prouisum: omnis  
materia perfidie et iurgii inter conjuges  
est auferenda. ¶ Donatio ergo propter  
nuptias que propter ipsas nuptias et prop-  
ter dotem fit licita et iusta ex pre-  
dictis comprobatur.

¶ Capitulum. .XXIII.

Intelluct. 4.  
part. 11. l. 24.

Occurrere. C.  
quod l. un. sine  
iudi. se bini dicit.  
l. una. C. Inqui.  
tau. In inter-vel.  
no est nec. l. si.

De Sponsalium largitate:

**E**st & Sponsalium largitas que fit quoniam Sponsus Sponse per uerba de futuro uel contra donat pure non respectu dotis. Sed & fit propter ipsas nuptias sicut precedes donatio alio tamen respectu. ut Sponsa cui fit sentiat se adonante honoratam ac perinde adamatam. quia munus est exhibitio honoris & signum dilectionis. anulus a Sponso Sponse datur uel propter mutue dilectionis signum. uel propter id magis ut eorum pignore eodem corda jungantur. unde & quarto anulus digito inseritur ideo quia in eorum uena quedam (ut fertur) sanguinis ad cor usque perueniat. Cum uero senserit ita se adamatam ad readamandum & tandem ad nuptias alliciatur. munera crede michi capiunt hominesque deosque placatur donis iupiter ipse datus. exenia & dona excecant oculos. & munus extinguit iras & donum indignationem maximam. Attribuitur ergo per hanc largitatem femina

Largitas. glo. s. est & aliud. in str. de donatio.

honoratam. 32. q. 2. c. honoratur.

Adamatam. 30. q. 1. c. facmine.

Munera. Ouidius. li. 2. de arte amandi. 2. q. 1. fabry. & gine. 22.

Excecant. c. 70. 22. du. 16. ca. 20.

Extinguit. proverbia. 21.

ad

Munera paruit amorem & honorem.

C. sine dicitur. inquit. re. vch. e. l. fi.

FRANCISCA IONDI GREGORII



ad reamandum virum & ad contrahendū  
 matrimonium illudq; copula consummādū.  
 Etq; per hanc viro quodammodo tractabi-  
 lis & a feritate pudoris & uerecundie in-  
 testit & tangi se paulatim patitur. Vn-  
 cum sponsa incipit miscere assentitq; spo-  
 so sumere osculum (quod <sup>est</sup> ueneris prima  
 pale preludium) lucratur medietatem ta-  
 lis donationis, tamq; dimidium sit ad copu-  
 lam actum. ipsaq; grauatur uerecundia &  
 rubore. Sponsus uero redditur alacrior &  
 letabundus. Postq; deinde assentit uirū  
 secū copulari carnaliter: totam sponsali-  
 tiam largitatem lucratur tamq; attingē-  
 tem finem propter quem fuit facta. a-  
 lioquin nichil lucratur. estq; quodāmo-  
 do precium pudicie.

Per hanc sponsalium  
 gatur sit sponsa  
 tabilis.

Medietate. foro.  
 .ll. l. 2. ti. 2. l. 4.

Alioquin. C. de  
 an nup. l. ai uerem  
 @. l. si sponso. 4. p.  
 n. ii. l. 2. & 3.  
 Pudicie. exo. 11.  
 C. de dona. p. l. u.  
 uxo. l. res uxoris.

Ratōes prohibentes dona-  
 tione in uirū & uxore  
 nō miltat in sponsalia  
 largitate.

Neq; quod de donatione interuicum  
 & uxorem prohibita dicitur, hic spon-  
 salitie largitati aduersatur. Nam fit eo  
 tempore, quo nō dum sunt uir & u-  
 xor, sed sponsi de futuro. ubi nō dum  
 libidinis interuenientes ad hanc donatiem

faciēda

faciendā movebunt. ubi non dum tantus amor  
 incalcescit/ ut ad se Sponsiandū in cōsulto calo-  
 re impellantur. neq̄ est tanta magnitudo  
 concupiscentie/ ut ea latenter uicti sponsise ne-  
 tipos paulatim priuabunt. sua substantia.  
 neq̄ Studium liberorū educandi impediret/  
 cum non dum sit ceptum. immo potius hac  
 largitiōe ad tale Studium inuitabuntur.  
 Sed neq̄ hec permissio separat s̄ conjugit  
 matrimonium. Cum hec largitas ex conjū-  
 ctione perfectionem capiat. Idcirco donati-  
 onem inter Sponsos de futuro ratam esse  
 legum conditores statuerunt. quā & per  
 uetusti Sponsalia donā olim appellauerūt.  
 Inter sponsos aut̄ de presenti talem dona-  
 tionem non ualere quidam dixerunt. Cū  
 uir & uxor appellentur solo consensu in-  
 terueniente sine copula. Sed a posteriori-  
 bus est emendatū arbitrantibus etiam  
 Sponsis de presenti non adeo tantā concu-  
 piscencie magnitudinem inherere, quanta  
 solet esse inter conjuges. Dum iam libidi-  
 ne inebriati & profusa erga se facilitate a-  
 gunt. nec est necesse largitionibus uxore  
 ad actū iam sibi cognitum & mari-

Mouebūt. C. de dona.  
 annup. l. si. §. simpli-  
 ces.

Impellant. ff. de  
 dona. int̄ vi. & uxo.  
 l. 1.

Substantia. In  
 aut. qui. mo. na.  
 effir. legi. §. illud.  
 colla. 6.

Conditores. ff.  
 de dona. int̄ vi. & uxo.  
 l. sponsus. in prm.  
 c. l. cū hirsutus. §.  
 si sponsus. c. l. si donat.  
 §. si sponsus. c. l. in ar-  
 eos. c. l. si p. §. pyri.  
 4. prm. n. 11. l. 2. 2. 4.  
 fol. 11. 1. 2. n. 12. l. 2.  
 Peruetusti. ho-  
 merus. illud. 16.

Quidā. bar. d.  
 l. si donat. §. si spo-  
 sus.

Sine copula. 27.  
 q. 2. c. iustit.

A posterioribus.  
 lex tauri. 92.

Inebriati. inst.  
 de iustit. s. sublat.

Profusa. ff. de do-  
 na. int̄ vi. & uxo.  
 l. 1.

Sponsalitia largitas.  
 Int̄ spōses de presenti  
 permittit.

FRANCISCVS GALVANVS DE IURIS

to debitum prouocare. esset profecto meretri-  
tius amor. Et in viro si talem donationem  
expectaret, lenocinium.

Capitulum. .xxiii.

De cura sustinendi onera matrimo-  
nij. Et uxoriarum operay exhibitae

Cura sustinendi onera  
matrimonij viro imbut.

Contracto itaq; matrimonio Et  
concomitantibus illud concomitantibus  
peractis, ad alias que ex eodem matrimo-  
nio resultant descendamus. Cura signi-  
dem sustinendi onera matrimonij non fit  
jure injungenda mulieri. Infirmi-  
tatem namq; muliebris nature satis nouimus.  
Et facile circumuentiones fiunt aduersus  
cas. un tutelam Et alia similia admij-  
nistrare uirile munus est Et ultra sexum  
foeminee infirmitatis tale officium est. fo-  
mine sepe intuntur contra propria como-  
da. Et agunt ea que parant ipsis tri-  
stem exitum. Itidem sunt foemine ferme  
ut pueri leui sententia. Varium Et  
mutabile semper femina producit. Prop

Infirmi-  
tatem. Inu-  
de egle dot. s. h. s. con-  
seques. colla. 8.

Tutelam. C. qno  
mulier offi. tut.  
fanga. l. 1.

foemine. C. de  
bonis q late. l. 1.  
s. filijs.

Ut pueri. ter-  
nus m cyra. 10  
siphus. 48. de an-  
quira. judaism.  
l. 4. 9. 10.

Variu. Xp.  
de p. signi-  
et forus.

Propter quam imperfectionem sensu viri regi  
 dicens fuit. Priori foemine dictum est sub  
 viri p'tate eris & ipse dominabitur tui.  
 Ideo aut foemine sub viri potestate consis-  
 tunt. qui a leuitate animi plerunq' decipi-  
 untur. un & equum erat eas viri aucto-  
 ritate reprimi. Cum maritantur/ ideo ne-  
 lantur/ ut se nouerint semper maritis suis  
 subditas esse & humiles. Est ordo natu-  
 ralis ut seruiant foemine uiris, eo modo quo  
 seruitus d'r naturalis: qua minus ualentes  
 ratione ualentibus naturalit' subsunt. Adā  
 per eam deceptus est, non eua per adam.  
 quem uocauit ad culpam mulier: iustum  
 est ut eam in gubernationem assu-  
 terum foemina facilitate labatur. masculus  
 q' foemina principalior est, nisi aliter co-  
 tra natura consistit. O mulier inu-  
 habet deliberandi arbitrium. & que na-  
 tura subiecta est imperare non debet sed  
 obtemperare marito.

¶ Priori. gene. 3.  
 ¶ Ideo. isid. 9. ethi-  
 mo. c. ulti.  
 ¶ Velant. 20. q. 9.  
 .c. foemine.  
 ¶ Ordo. 22. q. 9.  
 .c. est ordo. 8. c.  
 her y mago. 2. c.  
 cu caput. 2. c. mu-  
 her. Cayetanus.  
 4. de iust. repu.  
 h. 9.  
 ¶ Seruitus. aristo.  
 p. polit. trac. 4. c.  
 2. tho. 2. 2. q. 97.  
 ar. 2. 8. 2. de  
 regi. pna. c. lo.  
 ¶ Adam. 22. q. 9.  
 .c. adam.  
 ¶ Principalior. a  
 risto. p. polit. tra.  
 4. c. 1.  
 ¶ Inu-  
 p. polit. trac. 4. c. 1.  
 bul. in ru. c. de rez  
 per muta.  
 ¶ Subiecta. Plato.  
 7. de legib. ii. co.

Hinc descendunt due alie concaciones in  
 ter conjuges. nam uir ut caput regit &  
 alit uxorem & sustinet onera matrimo-  
 nij

Uxor seruit viro  
 sicut differetia p'one  
 da int' operas artifi-  
 ces & obsequiales.

Inu-  
 & con  
 qno  
 etc.  
 C. d  
 l. m.  
 i. ten  
 ra. 10  
 p. de an  
 ai sim.  
 ad.  
 Agg.  
 ymi.

ERRATA CORRIGENDA

mi. Uxor uero seruit marito. nam tenetur  
 ei ad oia obsequia eius operari operis obse-  
 quialibus uel officialibus seu domesticis: no-  
 tamen secundum quosdam artificialibus.  
 un si esset ~~textus~~ <sup>textus</sup> uel aliam arte haberet  
 sibi acquireret / no marito. Et tunc opera-  
 ri compelleretur per sub tractem alimeturu  
 quo non haberet dotem. Sed qui hanc ar-  
 tificialium Et obsequium differentiam  
 inducunt obsecro ne discordias Et iurgia  
 serant inter conjuges: que ab eis extirpa-  
 re ad legislatorem expectat. Vir em Et  
 mulier sibi inuice bene consentientes pla-  
 cent deo. Nam uxor ad sibi operandu  
 anclaus contraria erit uiro suo tamq in  
 hoc primatu habeat, uirq in officio sibi  
 debito defraudabitur. non sentiet mari-  
 ti pereuntem sibi acquirens faemina cesu.  
 Et cum faemine sint leuissime Et auari-  
 stime: sat Est eis parua occasio ad no op-  
 temperandu maritis. Et faciliter paulatim  
 res maritorum commutantes delapidan-  
 tesq alias super inchiat ac tergentes os  
 suum dicent / no sumus operate malum.

Operari. 10. di.  
 & pmo. c. luterus.  
 de rest. spo. ff. de op.  
 libero. l. siur pa-  
 tro mis. @ ibiglo.

Textus. ff. de  
 dona. int. vi. p. q.  
 l. si mulier. §. si  
 vir uxori. raphul  
 filgo. ibi. bal. l.  
 si uxore. 2. d.  
 C. de condno.  
 inscrip.

Consentientes.  
 can. 29.

Primatu. can.  
 29.

Censum. 1. uul-  
 nalis satyra. 6.

Tergentes. pro  
 uerbio. 20.

Hinc

Hinc maritus ab uxore operibus domesticis petens. illinc uxor illis satisfacisse se dicens & jure sibi consumere in artificialibus tempus ex aduerso stabit, ac perinde rixas & contentiones / fletus & uetus suspicionesque pullulare relinquemus nequiores, qui fidejussione tamquam nequam sustulimus: ne causa perfidie in conubio eorum generetur.

Sustulimus. C.  
ne fidejussio. d. den.  
.l. vna.

Et quannus uxor sit sufficienter dotata: justum est ut uir in sua gubernationem assuetus & operari cogat. ne familiaritate & ociositate labatur. non solum propter alimentum alimentum seruus in operationem mittendus decernitur. Sed ne uacet. multam enim maliciae dicitur ociositas. Ocia si tollas perire cupidis arcus. Ociositas & uoluptas arma sunt hostis antiqui. non tantum propter victus necessaria, sed propter anime salutem ne uagetur perniciosis cogitationibus, cogenda est mulier operari. Est ergo quaedam uicatio ex parte uiri uxori facienda: quae

Facilitate. 22.  
q. q. c. adam.

Malicia. c. 22.

Arms. ouidius.

Vaget. de consensu.  
di. q. i. n. u. q.

est

Uxor dotata opere  
rari dicitur.

FRANCISCVS GAVINVS DE GAVINIS

Est onerum matrimonialium sustentatio. Altera ex parte uxoris viro faciendi. hęc est operarũ uxoriarũ ex hibitio.

Capitulum. .xxv.

De alendis liberis: —

Ex supra deductis absolutare, linquitur comunicatio facienda inter masculum & feminã. Nũc de ea dicendum que sit inq̃ter parētes & filios.

Alendi filij a parentib.  
Hinc ecce statim cum nascuntur, fantes, velut pulli coruorũ clamant ad deum, qui dat jumentis escam iporũ & pullis coruorũ inuocantibus eum. quibus filij hominũ nõ adequantur, nec rex salomõ õi gloria sua resplendēs, tamq̃ majoris sint indigentie. Vñ filij hominũ desiderant alimenta, sine quibus uiuere est impossibile. Ea aut̃ a nullo alio iustis q̃ a parentibus fuere eslagitãda. Cũ

factura

Inuocantib. ps.  
146.  
adequantur.  
luca.

uiuere. C.  
de patria po.  
.l. filia. aristo.  
p. polni.

factura a faciente naturaliter petat cōser-  
 uationem augmentum & perfectionem:  
 sine quibus res ipa in nichilum redigitur,  
 & faciens suo opere & labore frustrat.  
 Enutritio filiorum nulli melius injūge-  
 da q̄ parentibus, qui amore pre ceteris a-  
 ficiuntur ad filios, quorū salutem proprie  
 anteponunt. & pro ea nulla pericula  
 multosq; labores subire recusant. An no-  
 uides q̄ grauitur afficiuntur animates  
 oēs & que gradiuntur & que uolant  
 cum ad generationem toto impetu pro-  
 feruntur & amoris ardore insanunt,  
 primo quidem generationis causa quā  
 uehementer ingredi concupiscunt. Deim-  
 de quātum circa natorum animēta labo-  
 rent. Horumq; causa imbecilla etiam  
 animalia aduersus robustissima prelia pos-  
 cunt. & pro illis ocumbere parata sunt  
 ac fame deficere, modo filios nutriant,  
 & aliud quodlibet audacter aggrediunt.  
 Multas uariasq; res in hac uita nobis  
 natura concitauit. S; nulla nos magis

Anteponūt. ff.  
 quod melius. l. isti  
 quide. de quoplu  
 per turbu. c. ray  
 nullus. de testa.  
 2. 91. cō. In sua  
 loanina perfell.  
 .c. afferre. de pre  
 sumptio.  
 Anno uides.  
 Plato In diuino.  
 de amore. 22. cō.

Multas. Macro.  
 p. saturnaliū.

FRACISCAIONDIETORIB



Quod eorum qui nobis essent procreati charitate de-  
 iunxit, eamque nostram in his educandis atque eru-  
 diendis curam esse uoluit, ut parentes, neque  
 si id quod cuperent ex sententia reciderit,  
 tantum ulla alia ex re uoluptatis, neque si ad Coe. Curo. p. d.  
officijs.  
 tra eueniret tantum meroris capere possint. Co-  
 mune animantium omnium est conjunctis  
 appetitus procreandi causa. Et cura quedam  
 eorum que procreata sunt. Ingeneratque na-  
 tura in primis precipuum quendam amo-  
 rem in eos qui procreati sunt. Neque hec ita  
 ter se congruere possent, ut natura et  
 procreari uellet et diligere procreatos non  
 curaret. Atque etiam in bestiis uis natu-  
 re percipi potest: quarum in foetu et in e-  
 ducatione laborem cum cernimus, nature Sertur. ab illis  
12. ethimo. c. 7.  
 ipius uocem audimus. Fertur coruicibus ex-  
 imiam esse circa filios pietatem. Nam a-  
 deo nidos impensius fouent, ut assiduo in-  
 cubitu plumas exuant. Alacris exuberan-  
 te exteato equore pelagus silentibus uen-  
 tis continua septem dierum tranquillitate fer-  
 tur mitescere, et ejus foetibus educandis

obsequium ipsam rerum naturam prebere, in stagnis enim occam nidos facit pullosque educit. *Coruus. Job. Coruus editis pullis escam plene non prebet.* <sup>39.</sup> priusquam in eis per pennarum ingreditur similitudinem proprii coloris agnoscat. postquam vero eos ex tetro plumis aspexerit, in toto agnitos abundantius pascit. Hirundo etiam in nidis construendis educandisque foetibus solertissima. Hinc de jure naturali: quod natura omnia animalia docuit: descendit liberorum procreatio atque educatio. Parentes igitur ad alendos liberos tribus moventur rationibus satis manifestis. prima ratione motus naturalis quo omnes mundi res moventur ad nutriendum & servandum quod ex eis nascitur. Secunda ratione amoris quem erga filios naturaliter habent. Tertia quia omnia jura siue temporaria siue eterna in hoc conveniunt.

*Educatio. Isido. 9. ethimo. c. 4. di. 1. c. ius natu. rule. ff. de iust. & iu. l. 1. §. huius study. Inst. de iure natu. ppn. ff. 8. C. de alen. dis libe. 30. di. c. si quis reliquit. Parentes. 4. parti. a. 19. l. 2.*

Capitulum. .XXVI.

De honore debito parentibus.

FRANCISCA IANNA MARIA GREGORIO

**S**ane parentes: qui & filios procreant  
& alunt: ad perfectionem & inte-  
gritatem perducunt multis curis & labo-  
ribus: premio & honore priuabimus? Ius filia  
in premium exhibitum uersatur. quatenus  
premijs inuitati labores utiles & necessari-  
os subire non recusent: & premio adeptos se labo-  
res sustinuisse congaudeant, ad maioresq; in-  
cipientur. Quis enim premia si tollas, uirtute  
ipam amplectitur? Inde filios naturali ratione  
& honorem & seruium debere parentibus  
constat. Non ne prima dignitatis recta ra-  
tio erit ut pater ac mater & simpliciter  
genitores ubiq; natis imperent. natiuos  
parentes colant: quibus fas est prima &  
maxima debita omnium antiquissima de-  
bitorum persolvere.

**Putare** enim quisq; debet omnia que po-  
ssideti eorum esse qui genuerunt & edu-  
cauerunt. ita ut illis hec omnia pro uiribus  
ministrare debeat, primum quidem exter-  
na bona, deinde etiam corporis, postremo q;  
ad animu pertinet, hec omnia uidelicet

Filij parentib; seruire  
& honorare tenent.

Premioz. ff. de  
iust. ep. l. 1.

Tollas. Iuu.  
10. satyru.

Nonne. Plur. 2. de  
legib; 9. w.

Putare. Plur.  
ubi supra.

Cap. .XXVI. De honore debito parentib9.

mutuo data persolvens. Et pro curis doloribusq; prijs parentum in senectate recentibus reddens quo maxime indigent. In uerbis quimeticam pertotam uitam uenerari maxime decet. leuium enim uolatiliumq; uerborum grauissima imminet pena. nā oib; preposita est. Oportet itaq; ueratis animūq; explentibus cedere seu uerbis si uerebus id faciant, nō ignorantes patrem iure admodum filio ualde succensere. Si quo ab eo iniuriam sibi fieri arbitressentur. Mortuus uero parentibus manumenta decētissima q; temperatissima structa neq; consuetam magnitudinem oportet excedere, neq; minora illis facere que maiores genitoribus suis struebant. Annuas quoq; curas defunctorum: que ornamentum afferunt: instaurari decet. Et noua quotidie repetita memoria semper parentes summope honorare impendio moderate profortuna utentes. ¶ Parentes negligere nec Deus nec hominis compos alicui usq; consulat. Cujus ergo pater aut mater uel horū parētes senio confecti quasi thesaurus quidā domi

¶ Parentes. Plato.  
ii. de legib; p. 10. d.

jacent: is putet nunquam aliud sibi tale simul,  
 lacrum magisquam efficax domui sue affu-  
 turum: si recte ut docet ab eo colitur.  
 Edipus contemptus a filiis ea illis impre-  
 catus est que exaudita effectaque a deo a-  
 pud oes ferunt. Amyntora quoque femina  
 filio iratum illi male dixisse ferunt. Et  
 hypolito thesea plurimosque alios alijs. quibus  
 apertissimum factum est a deo preces pa-  
 rentum adversus filios exaudiri. Nichil  
 enim imprecatione parentis non injuria  
 perniciosius filio. Nemo uero cum pater  
 aut mater ab eo contemnitur: tunc solum  
 a deo putet orationes eorum secundum na-  
 turam exaudiri, sed cum etiam honorantur.  
 ac ideo cum letiores bona liberis a deo pu-  
 tent exaudiri eos similiter existimare  
 debemus. atque ideo nobis equa inde dis-  
 tribui. nam aliter in bonis distribuendis  
 justus non esset: quod longe a deo abesse  
 necesse est.

Amyntora. in  
 me. 9. illius. p. 10.  
 ii. de legibus. 10. d.

Exaudiri  
 abule judi  
 cu. q. c. 9. 9

Quapropter  
 to. ubi supra.

Quapropter existimandum est,  
 ut paulo ante diximus) nullum apud

Deum

deum magis honorandum simulachru habere nos posse q̄ patres & auos senio confectos, matresq; similiter. quibus honoratis deus gaudet, alioquin minime eos exaudiret. mirabilis enim parentum simulachru nobis, q̄ in animis queq; ymagines uideri debet. nā que animam habent: q̄no coluntur a nobis, pro nobis orant fauentq; quotidie. quando despiciantur / contra. que uero anima carent, neutrum horu faciunt. quocirca qui erga parentes & auos ceterosq; huiusmodi re. De se gerit: is ad deum sibi conciliandum simulachrorum omnium optima possidet.

Omnes. Platō. ii. de legib9. 10. cō.

Omnes igitur non insani uerentur coluntq; parentum oratiōes, non ignorantes multis sepe profuisse obfuisseq;. Cum hec ita natura constituta sint, probis quidē uiris seniores parentes pro magno questu habentur / si ad senium usq; peruenerit. Si uero iuniores decesserint, ualde desiderantur. Improbis autē contra ualde ferrebiles sunt. quapropter quilibet ratioib9 his inductus parentes suos secūdu legē honoret. Sicut qui thesaurizat, ita &

thesaurizat. eū. 3.

qui

5

FRANCISCA BONDIE GHOIR

qui honorificat matrem suam. Qui honorat/  
patrem suum iocundabitur in filiis. Et in die  
orationis sue exaudietur. Honora patrem tuum  
ut superueniat tibi benedictio a deo. Et be-  
nedictio illius in nouissimo manet. Benedic-  
tio patris firmat domos filiorum. Maledic-  
tio autem matris erradicat fundamē-  
ta.

Capitulum. xxvii.

Iterum de honore debito parentibus.

**P**arentes filios procreant non so-  
lum ut nature id tributum fe-  
rāt, uerum etiam ut comoda exinde sus-  
cipiāt. Valentes enim ipsi imbecillos suo  
labore tuentur. Et alunt. mox imbecilli  
ob senium facti a ualentibus eadem repor-  
tant. Ad filiorum susceptionem est inspi-  
ciendum his de causis: ne nimis distet ab  
etate paterna. quoniam nec ipsi seniori-  
bus gratiam inferre ullam possunt, nec pa-  
rentes filiis alimenta prestare. nec etiam  
nimis proximi ad etatem paternam accede-

Parentes. Aristo.  
p. como. c. 3.

Ad filios. Aris-  
7. polit. trac. 3.  
.c. 3.

Parentes alētia filijs.

re debent filij. habent enim hoc tubationem non parvam. Cum neq̄ tanta sit reuerētia hujusmodi filiis erga genitores, ut pote quasi equalibus & circa gubernationē domus querete ex ista quasi paritate soleāt prouenire.

Ex magno. aristo. 7. ethico. abulen. 2. 21. 9. 17.

Quae receperūt filij parētib⁹ retribuat.

Ex magno bñficio a patre in filium collato nil condignum patri pot̄ retribue re filius. Dant enim parentes tria, Stabilitimentum quo adesse. ideo honora patrē tuum & genitricem matris tue nō obliuiscaris. memento quoniam in se per illos natus non fuisses. Retribue illis quomodo & illi tibi. Itē fulcimentū siue nutrimentū quo ad necessaria uite. nudus em̄ intrat filius in hunc mūdū, sed a parētib⁹ sustentatur. Itē documentū. patres quidem carnis nostrae cruciatores habuimus. Quia ergo esse habemus a parentibus. eos magisq̄ dominos reuereri debemus. qui timet dominum honorat parentis. & quasi dominis seruiet his qui se genuerunt in opere & sermone & oī

Dant. n. tho. opusculo de dicit p̄ci. 1. 2. 8. honora. eā. 7.

Nudus. job. 1.

Patres. ad hebre. 12.

Timet. eā. 7.

pacientia.

FRANCISCA IN DIE DOMINI



patientia. Itē quia dant nobis nutri-  
mentū in pueritia & nos demus eis  
dare in senectute. fili suscipe senectam  
patris tui. & non contēstes eū in iu-  
leſio. & dolor  
precordialis.

~~naqz totū bonū suū perdit~~  
~~puella. q̄ vilipendit ab oī~~  
~~bis opinantibz malū esse q̄~~  
~~quāvis tetigerit eā qm~~  
~~aliis ducturus est. etiā~~  
~~qz suspitō est de futuro~~  
~~adulterio in eā q̄ ante cō~~  
~~jugiū fornicatū est. Et~~  
~~mariti primos desiderat~~  
~~totus.~~

¶ Dolor. C. de adulre. l.  
grand. abulen. dicit.  
28. c. 9. 9.

¶ Incontinentiē. abulē.  
leniz. 13. q. 7.

¶ Civitati. ex iosepho. 3.  
de antiquitate iudaism.  
.c. 8. d. 19.

¶ Tetigiſſe. ſup. l. i. c.  
19.

Criminavehā.

In res preterea fit leſio cōtrado  
minorum diſtinctionem iure gē  
tium in civitatem Et ſūme neceſſa  
riam introducitur. fit utiqz mul  
tis modis. Nam aut fit claculū  
per furtum. aut palam per vim  
aut per dām ulatiūm. Aut per  
dolum

¶ Furtū. inſa. de obli  
gatio. 4. ex malefi.  
naſ. p. totū. C. de ff. de  
furtis. cxo. 22. p. ubi  
abulē. q. 2. cū ſign.

actūm



dolum. Aut per usurariam ex-  
torsionem. Que mala esse & ini-  
fati exitium paulatim para-  
re nemo est qui ignoret, nec ma-  
jora verborum ambitu ad hoc ostē-  
dendum indigemus. Dum tamen  
pauca de usurarum ratione subim-  
feramus.

Capitulum. III.

De usura.

Sic natura instigante se habe-  
at homo ad hominem sicut unū  
membrum corporis naturalis ad  
aliud membrum. Videmus utique  
si Stomachus vel epus nō indige-  
at aliquo humido cibali pro sua

Usura repugnat na-  
turali rationi.

Sic natura. Con-  
dus Erac. de  
tibus. q. 22.  
plexius quod  
c. ponitur sub  
dio. & per jo.  
rre cremata. in  
q. 47 mo. in  
usuris. per Cor  
flo. in cle. un  
ris. p. guido.  
erac. de contr  
illitatis vel de  
nor. c. qnto de  
p. no. abuli.  
deur. 27. q. 6.  
7.

substitutioe

Cap. .III. De usura.

Substantia cum sibi sit inuita  
q̄ illud coicat, <sup>aliteri membro indigenti, nec p̄ pro huiusmodi co  
ratice</sup> aliquid recipit  
vel exigit immo gratis donat.

pari. ratiōe si defunarius habeat  
bona temporalia sibi superflua q̄  
non vult gratis communicare al  
teri indigenti, tunc facit cōtra  
id quod membra naturalis cor

.2<sup>a</sup>

poris faciunt. **E**t oppressū am  
plius opprimit. **A**fflictū, qm̄  
sumare tenebat<sup>r</sup> amplius affligit  
contra naturalem regulam de  
obscurem faciendo in amphiorisū  
ma<sup>m</sup> q̄ antea erat antiquiore  
ditori debitor. **E**t

.3<sup>a</sup>

**E**t si transferat rem suam mu

quando in maiore valore  $\bar{q}$  sit  
 Valor eidem rei deputatus a na-  
 tura vel arte.

a 4<sup>a</sup>

Et rem. nō. natam fructificare  
 quasi natura fructificare vel pa-  
 rare possit. Ut aurum arte mi-  
 quissima nascat<sup>r</sup> ex aurā.

a 5<sup>a</sup>

Abutendo etiam re mutuabi-  
 li, cum ea utat<sup>r</sup> ad alium finē  
 $\bar{q}$  ad illum ad quem est ordi-  
 nata. Nam exempli gratia vi-  
 num est ordinatum vel ad spo-  
 tationē. vel ad pretium ex eo  
 redigendum. Si quis igit<sup>r</sup> mutua-  
 et vinum se deo<sup>po</sup> mutua-  
 to habeat. in clementia  $\bar{q}$ ra forte

Cap. .III. De Usura.

Jam ipse ordinat ad neutrum pre-  
dictorum finium sed ad alium.

c. 6.<sup>a</sup>

¶ Et cum exerceat actum qui  
sui natura est gratuitus de  
est mutuum precium exigen-  
do pro eo illo abutitur.

c. 7.<sup>a</sup>

¶ Et contra naturam vendit tem-  
pus quod non est plus suum quam  
emptoris, cum pro illo tempore  
quo mutuarius detinet rem  
mutuatam, usurarius exigit  
lucrum.

c. 8.<sup>a</sup>

Ex permissio usurarum  
sequitur destructio civitatis.

¶ Quid preterea esset si mutu-  
atio usuraria in civitate nos-  
tra permitteretur? Nonne haben-  
tes pecunias tantum lucrarentur da-  
do eas ad usuras & adhuc plus

Quid preterea. Contra.  
In tract. de contractibus. q.  
22. conclusio. q. Ino. In  
ru. de usuris. Card. flo.  
In de vna. de usuris.  
Guido pape. In tract. de  
contractibus illius seu de  
usuris. 2. ad. Abulen.  
mathei. 24. c. q. 179.

¶ colendo agros & alijs laboriosis  
artificijs insistendo? preeligerent  
perfecto vitam quietam & tenui,  
ori laboriosaq; preferrent opulen,  
torem. Quilibet ergo ad haben  
das pecunias toto conatu inhiaret.  
& quantum modicam haberet, e  
am potius tali arti proponeret.  
Unde pauci essent non habentes  
pecunias qui rusticatam & alijs  
artibus laboriosis intenderent, neq;  
ad manum instrumenta talibus  
operibus necessaria haberent pmp  
ta, sed aliunde ea adducere o  
porteret. Si agrorum cultores &  
ceteri artifices pro sustentanda  
vita humana deciderent, vel pa

pauci & insufficientes essent. Ex quo maxima carestia & penuria victualium & aliorum necessariorum in civitate proveniret. Ad charitatem autem sequatur impotentia, furta, rapine & homicidia, & periculosa paupertas summa cum ratione a civitate propellenda, atque prout fuerit possibile, exterminanda.

Periculosa. proleptico. 31. can. . Plaro. q. deleg. vi. c. ii. a risto. 2. p. polit. Inaug. de heredi. c. fala. q. fi. colla. 1.

Usuraturus.

Igitur naturali ratione prohibenda fuit usura in civitate bene ordinata. Et multo fortius usura usurarum & usura excedens centesimam. Que crudeliter excoquant miseris & vix precarium dimittunt spiritum. Qui cruciat pauperem fenore non minus crudelis est quam qui diviti aliqua

Excoquant. tal. l. ex hoc iure. ff. de iust. c. m.

trudat. 14. q. 4. c. fi. Cato relatus a Cayetano. de iust. ri publi. li. 1. tit. 3.

rapit. Sine ferro dimicat qui usuras flagitat. Sine gladio se de hoste ulciscit qui fuerit usurarius exactor inimici. Et veluti sanguisuga sanguinem suggit. ita usurarius indigentis patrimonium & sudores dulciter & paulatim exhaurit. Et sub pretextu beneficij & fomentorum vulnus vulneri addit & virus sceleri infundit. Vix namque aliquis potest diu debere usuras, quin cito ad pauper<sup>tatem</sup> eadem deducatur, abissus abissum inuocat, & quedam eris alieni constitutio alteram & a liam secum trahit. dato uno in conuenienti plura contingunt.

Exhaurit. de  
c. quarto. ubi p  
no. c. 1. eo. ti.  
Ouidi. p. metam.  
ibi. hinc usura

Vix namque. ab  
mathe. 24. c. 9. 17  
2 exo. 22. 9. 16

Dato uno. in. l. rati  
C. de res. venditio

## Cap. .III. De Usura.

Neq[ue] qui incōsulta necessitate  
 suram promittit Voluntarie pro-  
 misisse dicitur. Alioquin etiam raptor,  
 qui proximo comminat vulnere,  
 vel mortem nisi dederit sibi pecu-  
 nias, nō inferret injuriam proxi-  
 mo accipiendo pecunias ab eo, eo q[uod]  
 proximus volens dat cum imperio  
 voluntatis proprie movet manū  
 ad bursam & porrigit recipi-  
 enti. S; ibi nō est voluntas ab-  
 soluta sed mixta ex volūtate  
 nō & involuntario & quadā  
 cōmunicatōe. Sic est accipiente  
 pecuniam mutua[m] sub Usuris.  
 Nam etiam ille vult incrementū

Voluntarie. Cōra.  
 tract. de contractib[us].  
 q. 22. 4<sup>o</sup> ar. abu-  
 lē. mutui. 29. c.  
 q. 167. infra.

Dano usurarū non  
 est oīo voluntaria.

t. de  
 bi p[ro]  
 o. ti.  
 neta  
 usura

abula  
 7. c. 9. 16

m. l. rap-  
 tendi no



dare & furario voluntate mixta qz  
mallet sibi retinere. sed ne care  
at pecunia mutuanda qua indi  
get. Sult potius promittere & da  
re in remētū. Unde nō libera vo  
luntate donat.

### Capitulum. IIII.

Iterum. de criminibus. & de lesia  
civili.

Ex persona lesa & ledente  
Crimē aliud nomē assu  
mit.

Et itaqz lesio predictis modis.  
que ex persona lesa quoqz aggra  
nat & percussare sibi nomen  
Vendicat. puta si in tota civi  
tatem committit vel in personā  
eam representantem vel custodi  
entem. erit utiqz major lesio ma  
jusqz

Cap. . III. Iterū de crimib⁹ & de lesiōe civili.

majusq; periculum. Quo quidē ex ta-  
li lesiōe civitas tota coruscet atq;  
nutat, veluti angulari lapide sum-

moto vel comoto ruinam passura. Si  
de proditio vel lese majestatis cri-  
men patat. Itē seditio & quōdam  
incendium totam civitatem vastatu-  
ram. nisi quam ocyus fieri possit

Majestatis. lex duo  
den tabulez. lex apuleya.  
lex Julia majestatis. per  
aymarū. l. 2. de histo-  
ria juris civilis. fo. 79.  
ff. cr. C. ad. l. Juliam  
majestatis. Martinus  
laudensis. In tract. de  
crimine les. majestatis.  
fran. luang. de code.  
10. de terra rubea. In  
tract. contra rebelles.

sedet. Itē si in parentes homicidi-  
um committat parricidij nomen  
assumit. Hinc etiam sacrilegia.

Parricidij. Lex pi-  
cia de parricidij. per  
aymarū de historia  
juris civilis l. 2. fo.  
132. C. ad. l. pope.  
de parri. Insti. depu-  
blicos judi. §. alia de jn  
de lex. abulen. de iero.  
12. 9. 2.

Hinc etiam violata sepulchra. Sci-  
mus enim necvana fides est solutas

Scimus. In Codice  
Theodosiano. ti. de sepul-  
turis. alias in novel-  
lis Valentianis. ti.  
9. de sepulturis.

membris animas habere sensum, &

secundū quorūdam  
opinionē

in originem suam spiritum redi-

re caelestem. Et licet occasus nece-

sitate

Statem mens diuina no sentiat.  
amant tamē anime sedem cor,  
porum relictōy. Et nescio qua for  
te rationis occulte sepluori hono  
re letant. Nullum enim cum  
hominibus postq̄ defuncti sunt  
vita odium est, neq̄ ex eis  
sumenda est vltio de sepulta  
fraudent.

Nullū. homerus.  
liadas. 7.

Ex persona ledente et  
ex modo ledendi crimen  
aliud nomē sortitur.

Quandoq̄ etiam ex persona  
ledente grauior efficit lesio. Cū  
ille qui ad tutelam datus est  
in perniciem conuertit. Hinc a  
bitus. Et petundarū. peculatus.  
conuulsiois crimina prodire. qui  
n. honorem & magistratum

Quāuis corpus humanū post mortē nō sit pars hoīs. Imo neq̄ sit corpus humanū, nec illud quod  
pp̄t prius erat, quā nō manet forma per quā cōtinetur in specie humana, ut esset pars  
humane speciei. tamē quia adhuc manet in caduere expressa humana  
y mago: est nobis cauendū ab aliquo nocumēto & dehonōratōe illius, non  
propt̄ illud, sed propt̄ honorē carnis nostre, nū qua illa cōtat in figura  
& aliquo cōtuit. In vitate nature. etiā pp̄ honorē eius, cuius illud caduere aliquo fuit pars.  
Unde ex fortuna & infortuna prope potum & amīcoy prouenit aliquid mortis. hat notale  
cū nū q̄ felices possint efficere infelices. uel eis qui nō sunt felices possit afferre beatitudinē.  
Sed dato q̄ morietib̄ nihil proueniat de bonis aut malis q̄ facimus ad honōrandū uel de bono,  
randū eos: tamē cognans mortuoy salte prouenit honor uel de rebus ex his q̄ orā mortuos  
fuit. ideo illis salte fiet injuria fune nō aliquid tale orā mortuos.

pecunia

pecunia vel precibus impetrat, cū  
 inde nocumēta subditis proueni  
 re soleant. & quod deute mere  
 dum fuit pecunia & impetu  
 nitate tentat, ambitū committit.  
 Et iudex qui nouum vectigal  
 instituit. Et qui ultra annum  
 stat in magistratu. Vbi amicia  
 is & inimicijs. ibi jam contrac  
 tis peruertere iusticiam creditum  
 fuerit. Itē is qui habet publicum  
 officium pecunia data vel promi  
 ssa sibi aliquid facit quod face  
 re nō debet. Vel committit quod  
 facere debet, repetūdas crimē cō  
 mittit. Itē iudices & ministeriū

Nonumēta. Caye  
 tanes. de iust. reip.  
 l. 3. n. ulti.

¶ Quāuis corpus. ex abulen.

Judici. 20. c. 9. 28.

¶ Unde ex fortunis. Plato. ii.

de legibꝫ. 3. d. aristo. p. c. h. u.

abulen. in repetitōe de statu

a ni mag. p. h. u. d. u. a. &

sup. murbei. c. 29. q. 792.

l. 9. 796. xl. dicēdū ergo

uno modo.

prebētes

prebentes pecuniam publicam sub  
ripientes peculatu inquinant.

*Peculatu. C. de  
receptis. l. 1. §. 1. m.  
prohemio libri 1. q. 1.*

Ite incutientes terrorem maxime

ministri iudicium ob quod aliquid

*Plagarij. de  
iure. l. 4. §. 1. m.  
prohemio libri 1. q. 1.  
ibi abulc.*

recepserunt, concussionem dicuntur

*Quoq; vero* inferre. fit lesio nomine non sortita

*inferre. Quoq; ex  
do ledendi specialia  
me sortitur lesio  
malefici & malefici  
arij / incendiarij /  
balnearij / arborum  
furtim res sortit*

Speciale ex varietate causarum pro-

ueniens, que generali nomine comprehen-

sa relinquitur a veteribus ap-

posito crimine sed stellationatus vel

*Malefici. C. de  
lesi & male. per  
Iacobus Sprengel  
maleo malefici  
abulc. ff. de emp.  
abulc. l. 1. §. 1. m.  
len. 870. 22. q. 1.*

exordinarium appellatibus.

*Mendicantes validi.*

Accedunt predictis validi me-

*Validi. C. de  
ra. vali. l. 1. §. 1. m.*

dicantes, qui cum tamquam ignavi

*Et exo. 22.  
ibi abulc.  
9. 12.*

et nihil civitati seruietes

a civitate sustentari non mere-

antur, aliorum vere indigentium

panem

panem subtripiunt. quod em̄  
 superfluit diuitibus pauperum  
 esse probauimus. illum aut̄ pa  
 uerem iudicamus qui querere  
 sibi victum labore non valet neq̄  
 aliunde habet. non aut̄ validū  
 mendicantem, qui opprobrio me  
 dicacitatis sine necessitate se sub  
 jicit, & effiat̄ terreonus māne  
 ac inutile. • Hec aut̄ omnia cū  
 ex proposito fiant & hoc animo  
 ut ledant vel ut suam volun  
 tatem seu votum h' cū lesione  
 expleant, & taliter fieri soleāt,  
 appellant̄ crimina. & cū de his  
 tractat̄ causa criminalis. Dum

Opprobrio. de  
 mes. 7. retrorinonu.  
 fo. 107.

terreonus. home  
 rus. 20. odisse.  
 aquo sup̄st. iustini.  
 in aut̄. de questore.  
 & erasmus. adigo.  
 312.

Criminalis. iuro  
 bus de bello vrb. intrus.  
 de criminalib' causis.

de lesio criminali

tero

De lesiōe civili.

Vero lesio contingit sine proposito ledendi. Vel que preter animum nocendi fieri solet. puta qz nō seruāt<sup>r</sup> placita & conuenta & obligationes nō adimplent<sup>r</sup>. Vel ex aliquo errore vel opinione rem ad suum pertinentem alium detinere.

Vñ euenit simplex prejudicium civis, quod per regulam justitie est dirigendum tamq̃ quid distortum, appellat<sup>r</sup> causa civilis inuentans & ibi sistens sine eo q̃ ultra p̃grediat<sup>r</sup> in crimina. que velut turbines procellam in civitate

excitare

excitare consueverunt.

Remedia contra  
pericula ciuitatis.

**H**ic igitur sunt pericula q̄  
ciuitatem dirumpere solēt, quib̄  
in visa rationis & prudentie  
sunt adhibenda remedia. Peri-  
culum internū intra ciues pu-  
tulan̄s & similr̄ externū ab  
hostibus formidandum p̄spici-  
at prouidentia. Iterūm solūm  
curet̄ a iudicio. Bellum vero so-  
lūm externo medeat̄.

Capitulum. V.

De prouidentia erga ciuitatem.

prouidentia q̄  
ciuitatis.

**M**elius est ante tempus o-  
currere q̄ post causam vulne-  
ratā

Melius. C. q̄no li.  
vniū. sine iudi. sebi  
dica. l. vna. C. in q̄t̄  
cau. in p̄te. resti. nō  
est nere. l. ultr̄.



ratam remedium querere, solent  
 non preuisa pericula grauis no-  
 cere. Preuisa uero & tempesti-  
 ue prudenterq; promissa aut fa-  
 cilis emittantur & exarbitrantur,  
 aut minus ferunt, aut equio-  
 re animo ferunt. fracta enim  
 ossa non integre consolidantur nec  
 pristino vigori omnino restituntur.

Impensa & labore curantur  
 grauiore, quam a fracta preseruat.  
 Preseruantur quidem per pru-  
 dentiam. que casus & occasio-  
 nes occulte preuidet prudenterq;  
 demittat. atq; aduersus aduer-  
 santia nos premunire docet.

Et

Preuisa. grego.  
 morulu. 4.

Ue enim melior medicus, qui <sup>Medicus. Erasmus. De Inst. prima. li. 6.</sup> morbum excludit & ardet, q̄  
qui pharmacis expellat acceptū,  
itanō paulo prestabilius est effi-  
cere ne facinora patrentur q̄ si  
perpetrata puniant. id autē fiet  
si causas ex quibus animaduer-  
terit potissimum nasa flagicia,  
reddat si queat, vel certe premat  
& attenuet.

<sup>radices maloz. civiliu.</sup> Ignorantia siquidem agendorū  
in eis rara consuetudo parumq̄  
exercitium. tepiditas & torpor,  
& ad contraria infrenis audacia  
sunt radices, que germināt in  
civitate pericula que prediximus.  
Unde contraria securi succidēde

sunt, ut in eorum locum coalescant  
scientia faciendorum, in eis perse-  
uerans assuefactio & continuū  
exercitium, affectio & inclinatio,  
audacie coercitio & refrenatio.

De legibus.

Unde ad providentiā expec-  
tabit leges condere generales cō-  
suetudines introducere, quibus  
actiones civium regulentur &  
in civitatis finem & bonum  
publicum dirigantur, quibusque  
ponantur premia invitantia ad  
aggredienda difficilia civitati  
futura. Et pene quibus auda-  
cia deterreantur a perpetrando no-  
civa, tali pacto quod corporis exco-  
municentur premio, & audacia penis

Premia.

Pene.

Leges. ff. de legibus  
per totum. C. eo. ff.  
p. totum. Inst. de iur.  
na. g. etiam etiam  
totum. Inst. de  
iur. i. j. de i.  
tura. Pluro. In ma-  
de lege. & Inst. de leg.  
Inst. per agmora  
Consuetudines.  
ff. de legibus. l. de i.  
C. q. si sit longa et  
do. p. t. Inst. de iur.  
na. §. ex nō stripe.  
Rochus de curte. p.  
tract. de consuetudine



Leges igitur nō solum penā ir-  
rogent delinquentibus, sed pre-  
mijs quoq; prouocent ad beneme-  
rendum de republica. Quamq̃m  
autē egregij ciuis ē. Sed nullo  
proposito premio quod optimū  
est sequi, tamē expedit huius  
modi illectamentis rudiū ad-  
huc ciuium animos ad honesti  
studium inflamare. Qui gene-  
roso sunt animo honore magis  
capiunt. Qui sordidiorē, luero  
quoq; ducunt. Omnibus igit  
hisce rationibus lex sollicitabit  
honore & ignominia, luero ac  
damno. Porro qui prorsus ser-  
uili sunt ingenio vel potius  
belluino, huiusmodi ac flagris



appareant. Si majorem dolorem  
 afferant pene delinquentibus  
 quæ fuerit voluptas vel comodum  
 que attulerunt delicta. Sed hec  
 sunt moderanda tali arte quæ  
 excessus premiorum non exha-  
 uriat rempublicam nec pericu-  
 losam generet invidiam. Et ta-  
 liter quæ excessus penarum non di-  
 minuatur notabiliter civitatem  
 nec in naturam humanam supra  
 modum deserviat. aliter dicentur  
 leges sanguine draconis severitas  
 scripte et hostes nature creantis.

" Draconis. Cap-  
 nus. & mstr. rei pu-  
 4. 1. n. 9.

" Paucissime. ubi  
 ubi supra.

Quales debent esse leges? Sed erunt leges quæ paucissi-  
 me. non enim optime agitur cum  
 egrotis, quoties indoctus medicus

pharmaca pharmacis accumulata.  
Deinde equissime & ad publicam  
utilitatem conducibiles nullo pri-  
vato comodo conscripte. Eruntque  
verbis apertis minimeque perple-  
xis descripte, ne aliquid per obs-  
curitatem in captione contineant.

Metaphoras. abu-  
len. exo. 22. In fine.

Quid enim tam proprium legum  
quam claritas. nec per eas parum  
tur tendicule. foedum est enim

Claritas. In aut.  
de testa. Imperfect.  
In p. n.

tendicule. Erasmi  
ubi supra.

quosdam legibus cassum uti-  
tate. nimigrum hoc agentes ut  
quod plurimos irretiant non consu-  
sentes reipublice. sed veluti pre-  
dam captantes & laqueos ten-  
dentes. In quos deus irascens pro-  
cipitem hymbrem quo omnia in-

Hymbre. homer.  
ib. iliados.

De eodem leges  
iniquas & virulentas.



undent & pereant excitata te-  
 pestate demittit. quia contempta  
 dei religione has virulentas le-  
 ges ad populum ferunt ac  
 iudicia de foro explodunt. Ve-  
 qui condunt leges iniquas &  
 scribentes iniustitiam scripse-  
 runt. Et ultra hec erunt le-  
 ges honeste, iuste, possibiles  
 secundum naturam secundum  
 patrie consuetudinem loco te-  
 porisq; conuenientes. Et in-  
 summa extirpabunt vitia  
 leges. Actus hominum ordina-  
 bunt. eosq; inducent ad fe-  
 licitatem politicam. que est  
 tranquillus & pacificus status

civitatis

Ve. Esaye. 10. ul-  
 uarus hispanq. de  
 plactu colle. l. 2.  
 art. 176. §. 2.  
 ut pleriq; iose.  
 quid & condentit

Et ultra. Ista  
 q. ethimo. Et. di.  
 §. c. crit aut  
 lex.

Et in summa. nico  
 la. de lera. In probe  
 mio ad nouu testa  
 mentu.

Cap. .v. De providentia.

civitatis in vita ista mortali.

Et insuper plane & dilucide conscribentur. Hoc itaque erit maximum providentie opus.

Preterea ad providentiam expectabit particulares provisiones & mandata pragmaticas rescripta commissiones privilegia dispensationes decernere. Et alias minutissimas cautelas in utroque tempus belloz & pacis excogitare. Omnia hec ad eundem scopum directa & bonum publicum respicientia. Neque alio spectent quam ad rem communi in melius promovendam. Ut scilicet cives ab iniuste coercantur, & ad opera civilia

De particularibus provisionibus.

Scopum. Erasmus. de Insti. pna. tit. 6.

Ciues. tho. p. de regi. pna. c. ult.

o. al. de. 1. 2. 2. 2. 2. 2.

nico. probe. testa.

uilia & uirtuosa inducant. &  
ad tuendam civitatem contra  
hostes prompto forti & valido  
animo preparent, cum promotio  
semper & in omnibus ad me-  
liora utilioraq.

De scholis & magistris.

Ad providentiam quoque expec-  
tabit. scolas statuere. magistros  
& professores idoneos eligere,  
eosque favore salariisque anima-  
re, de pueritiae educationem  
rectis moribus diligenter curet,  
iuvenes doceant & laboribus  
& honestis & utilibus occupa-  
tionibus ab ociositate & vicijs  
eam comitantibus compescat,  
omnesque ciues instruant. assuefaciat

& exerceant in artibus & officiis & civili conversatione & in remilitari: que in civitate debet esse precipua & magno haberi in honore. ¶ Itaque providentia prevenit malum & promovet bonum per instructionem rectam civilem & per legislatorem.

¶ Capitulum VI.

¶ De iudicio & reparatione lesionum.

**P**rovidentia procul videns preteritorumque ex perimento futura prenoscentes vires suas expendit in preveniendo mala a viis

rationis

la presentia repari  
ut, Sicut futuri pre  
nda.

ratiois & justitie distorta, ne  
 in civitatem adveniant seu  
 introducant. Sed postquam irrepse-  
 runt (natura enim humana  
facile devians a ratione in malum  
prolabitur) curanda sunt, ne ve-  
 lut caries aut cancer totam  
 civitatem paulatim corumpat  
 atque disperdat. Ex parva namque  
scintilla ignis repente de domo  
in domum perfurens progredi  
 solet, flammamque ventorum vi  
 aucta vehementius concrepat  
 & totam urbem incendit. In-  
 citissime intercludendus est ig-  
 nis, ne ulterius pervaget in to-  
 tius civitatis exitium. Et ju-  
 diciali

Natura.

Scintilla. 32. 9.  
Responde.Perfurens. homo-  
rus. Jhuas. 16. 17.  
8. 20.

Cap. VI. De Iudicio & Reparatione lesionum.

Iudiciū cōstituēdū.

dicium in medio constituendum est. & ad iustitie rationisq. normam oia dirigenda, de compago civitatis nō dirum patur aut dissolvat.

Reparatio lesionis q̄l̄r  
deat fieri.

• Igitur iudicium dicat jus & iustitiam inter civis, a rationis regula deviantia & fortuosa reducat ad regulam & rectitudinē, ut sic salendo civitatis reparetur. Hanc aut reparatiōem & ad rectū reductionem duobus modis fieri constat, aut re compensatiōe seu restitutione aut pena.

• Sed et in tali reparatiōe  
requiritur

requiritur persona reparans. i.

Et persona cui fiat reparati-

o. Et persona a qua fiat. Et

via qua ad eandem reparati-

onem perveniat.

Recōpensatō seu resti-  
tutiōe Reparādi ē lesio.

Jesus namq; civis resarci-

endus est reintegrandus est om-

nino. in eadem specie & eadē

mensura si fieri pot. Alioq;

equivalenter ei satisfiat. ne le-

dens gloriē se plus abstulisse

q̄ restituisse, & ea propter ad-

ledendum rursus incitet. Per

furtum subtracta per vim abla-

ta & iniusta & alr sine crimi-

ne detenta & usurpata. Dū

extat

Cap. VI. De Iudicio & Reparatione lesionum.

extant eadem restitui pnt,  
du periere & damificata &  
similia equivalenti pretio re-  
sarcienda sunt. At per sonales  
lesiones difficulter reparabilem  
habebunt. Cui enim admittitur

vita, nec eadem nec similis res  
titui pot, neq sibi non senti-  
enti satisfactio fieri. Nec simi-

No sentiēti. abulen.  
exo. 21. q. 22. p. si. et  
fidias.

lr cui truncat aut debilitat  
membrum. Nam aliarum rerum  
amissio resarciri solet, aia aut  
hominis, cum semel e corpore  
migravit. nunq rursus aut re-  
migrare, aut instaurari pot.

Aliarū. homerus.  
9. iliades. 10. 194.

Sed a lege excogitanda satis

fatio



factio: sed ut videtur auctoritas  
 erit non in gloria sed in  
 possibili recompensatione in se  
 equat: unde cum mortuus  
 filio non herede vivere. non  
 aliter est credibile defunctum  
 voluisse q. sibi debita solua  
 tur heredi suam personam re  
 presentanti. heredi fiet satisfac  
 tio possibilis, puta vitam talis  
 cuius perempti divitatis filii. et  
 familie profutura. estimando a  
 liquo pretio. moderato habita  
 etiam ratione damnificationis bonorum  
 et impensorum in curatōe. Similis  
 fore resartio fiet illi cui truca  
 tu

Cap. .VI. De Iudicio & reputate lesioni.

tum aut. debilitatum est membrum,  
 Et illi qui perperam fuit in carcerem,  
 ratus vel detentus habita ratione  
 operari ejus & enervato satisfu-  
 tis. Nam quo ad emendationem  
 & reintegracionem lesi rattinet, ni-  
 bil prodest dare animam pro a-  
 nima vel manum pro manu vel  
 dentem pro dente, cum & si  
 ledenti auferat vitam vel membrum  
 aut libertas, non propterea resti-  
 tuitur leso quod ledentis factum a-  
 misit. Unde in locum ammissorum  
 vite vel membri vel libertatis sus-  
 pense aliud subrogandum est, put  
 melius & premium fieri possit ut  
 hac similiter via honor per inju-

qui non sanffant leso.

// Titinet. Abulen.  
 cxo. 21. q. 22. pl.  
 et si diad. e. q. 29.  
 cu. l. q. n. q. leu. in.  
 24. q. 13.

riam

nam diminutus inficiendus e-  
 rit. Et cum pudor virginalis  
 stuprate uno possit restituere: dam-  
 num vero inveniendi mariti  
 quod amissio virginitatis in-  
 tulit: maritacione vel dotis ex-  
 hibitione recompensatur. Lesio ve-  
 ro mariti adulterio illata simi-  
 liter recompensanda erit, licet  
 difficile sit.

Capitulum VII.

De penis.

Penam necessaria est.

Verum ista simplex reco-  
 pensatio vel instauratio lesiois  
 non sufficit ad correctionem sede-  
 tis, neque ad terrendum & conf.

fernadum alios, ne similia per-  
 petrent. Nam si sciret sedes se  
 non amplius redditurum nascipastu-  
 rum, si sola solutiæ recompen-  
 sationis adhuc non equivaletis  
 se liberatum ire, altera die ym-  
 mo eodem momento et ipsi et  
 alij hoc videntes similia comitte-  
 re non formidaret, et reparatu-  
 ro iudicii labor augeret inces-  
 sibilis paulo momento profuturus.  
 Neque proforea tali simplici re-  
 compensatione satisfaceret civitati  
 crimine lese nec eius ordinatio-  
 nis et venerandis legibus: que per  
 illum delinquentem irreuerentur  
 contempte fueret. Unde ad hec

Non formidare abuln.  
 c. 22. q. 2. ff. ad se-  
 cundum dubium. 2 de iur.  
 l. 3. q. 2. ad finem.

Legibus abulen.  
 c. 22. d. p.

Pena est mediana.

omnia in pro mediocri presentia  
et reparata sunt ad malum  
mediana inuenta est pena. que in  
tatum licita est et virtus  
in quantum tendit ad subdito  
ne malorum

Inuenta. vni  
specu. moral. 4. 1.  
parte. 2. di. 79.  
2. 2. q. 108. c.  
nibus. 7. par.  
11. q. 1. l. 12. §. 2.  
arist. 2. eth.  
abul. iudic.  
8. v. q. 10. §.  
exo. 21. q.  
29. c. 2. §.  
q. 2. §. d. d. d.  
21. q. c. q. §.  
m. b. et aufer  
res malu de me  
dio vni. §. d. d.  
24. q. q. ubi  
deklarar quo  
modo est medi  
ana.

Qualis debeat ee Pena.

Cohibentur aut aliqui a  
peccando qui affectum virtutis  
no habent: per hoc qd timet  
amittere aliqua, que plus a  
mant, qm illa que peccando adi  
piscunt. Alias timor no com  
peteret peccatu. Est ideo per  
subtractionem omnium que homo  
maxime diligit, vita, in calamita  
tem corporis libertate sui bona  
exteriora puta diuitias patria

gloriam & honorem. Ad delinquendo  
 coercetur. Pena ergo timetur  
 que auferit plus amata punitis  
 quam que delinquendo consequuntur.  
 que non timetur non cohibet appetitus.  
 Et que non cohibet non sufficit ad  
 finem pretensum. Nullum quippe  
 supplicium lege factum ad malum  
 tendit, sed duorum alterum fere  
 semper solet efficere. Nam aut  
 melior aut certe minus prauus  
 qui penas dedit fieri solet. Quos  
 vero insanabiles legislator esse se-  
 serit. ultimo supplicio hos afficiet  
 non ignorans satius fore his qui in-  
 sanabiles sunt mori: quam vivere.  
 ac si vitarentur dupliciter potest

Nulli. Plato. 9.  
 de legibus.

Insanabiles morte  
 plebendi.

ceteris. Nam horum exempla  
peccato ceteri deterrentur. Et  
improbis hominibus civitas ipsa  
mudatur. Hanc de causa insanabi-  
les homines morte legis conditor  
plectet, alia minime. Ut magis  
est probanda medicina; que vi-  
tiosas corporis partes sanat, qua  
que exurit: ita melior est ma-  
gistratus qui cives improbos co-  
rrigit, quam qui tollit e medio.  
Sed insanabile medicabile vulnus  
ense resandendum est, ne pars sin-  
cera trahatur. In aspidis ita mi-  
llum est remedium, nisi ut par-  
tes contacta amputentur. ita quod-  
dam vicia sola morte sanantur.

Ut magis. Et  
parabola. . 10. 11.

In medicabile  
vul. p. mesamor.

In aspidis. Et  
parabola. . 10. 11.

Sunt insanabiles aut sunt & qui in minoribus delictis non corriguntur, & qui pro delicto graviore condigna pena alia quam mortis puniri non possunt.

Nam si minor pena pro homicidio infingeretur, tunc pote que non timeretur, facile homines in homicidia laberentur, & sic insanabiles essent. cum ab huiusmodi scelere leuiore pena non coercerentur preelicientes explere iram & vindictam, quam tales evitare penas. Nam ut diximus ad hoc ut pena timeatur & cohibeat a peccando, auferre debet ea que solet timere & est,

¶ Nam si minor. abuk. mathe. 9. c. 9. 109. co. 4. ysi. s. obli. ca. 1. ubi ista leu. ratios ponit.



mare delinquens plus q̄ estimat  
ea que assequitur delinquendo.

Plena triplex.

Unde pena que infligitur  
in iudicio est subtriplici diffe-  
rentia, Aut est in bonis tēpo-  
ribus. Aut in honore. Aut in  
corpore. Hinc bonoy confiscatio  
seu publicatio omnium vel par-  
tis eoy. & multa. Hinc commu-  
nicationis seu participatiois in-  
terdictio. Hinc officij uel dig-  
nitatis suspensio temporalis vel  
depositio & degradatio seu ex-  
autoratio perpetua. Hinc infam-  
ia & ignominia. Hinc carce-  
ris & jejunium. Hinc exilij

Pena. 10. t. 1. b. 1.  
In diatorio iud. 1.  
de commissio. 1. d.  
Antonius. p. 1.  
dout. 1. 14. c.  
3. Et. 3. parte  
11. 29. c. 1. d. 1.  
sequitur. Vinc.  
sec. doct. 1. 3. c.  
cū sequitur. per  
m. r. q̄. 1. c. 1.  
acusatio. per  
in summa de p.  
abulen. m.  
9. c. 9. 339  
Considerandu  
1. c. 21  
9. 29.

que a politica pars est pars  
& separatio cōcrystallina & valde  
olorosa.

relegatio & deportatio. Hinc in

Separatio  
ex abulen  
den. 4. r.  
sub. 9. 6.  
in xlv atq  
disperget.

metalla

metalla damnatio. Hinc verberatio. Hinc membrorum cruciatio. Hinc servitus. Hinc postremo ultimum supplicium variis indutis figuris quibus terribilus appareat. Hi itaque proportionabiliter sunt imponende criminibus. Ut nec nimis detrimentum inferant quod fuerit voluptas in crimine perpetrata, neque equitate. Sed paulo maius, ne omnia aut per defectum aut per excessum sanguine inundentur. Et Iadacrisibus interpretatur et minus delinquentium civitas replatur. Debet namque pena commensurari delicto, sicut medicina morbo, que per excessum et defectum non solum corrumpit morbum sed etiam naturam.

Proportionabiliter  
deure 29. & aporia  
lip. 18.

Defectum. excessum. abule.  
exo. 22. q. 2. q. 7. ad  
scandum dubium.

Capitulum VIII.

de

Debet. abule. iudici. 8. c. 9. 10.

De Superiori iudice.

Persona Iudicis Re-  
quirat et providens.

**A**d providentiam habendam  
ad reparatiōem faciendam, que  
est opere civitati credimus ne-  
cessaria, prout dicitur. Et erit ne-  
cessaria persona que provideat  
et provideat mala ne in civi-  
tatem ingrediant, que & in-  
gressa egredi faciat curet &  
reparet valetudinem civitatis  
& ammissam restauret, que  
dictionem juris habeat jus dic-  
tet. Et dicat iudicium ferat  
& exequat. Parum enim  
est iura pro nostris habere  
vel in albo scribere, si deficiat  
quia ea effectum tradat. sicuti

ridiculu

ridiculum forte secum ad ca-  
denda ligna fabrefacere, cui na-  
super sit qui seceat in ea.

Optimus iudex unus.

Oportet autem hunc promisorum  
reparatorum rectorem seu custo-  
dem civitatis aut simanis po-  
puloꝝ pastorem esse unum, et ad  
talem potestatem per successionem generis  
devenire. Nam illud explora-  
tum est utilius esse multitudi-  
ni hominum simul viventium  
gubernari per unum quam per plu-  
res. Bonum namque et salus soci-  
etate multitudinis est ut eius  
unitas conservetur que dicitur pax.  
qua remota socialis vite perit  
utilitas. quinimo multitudo di-

Exploratum. tho. p.  
de reg. pna. c. 2. et  
9. Alvarus hispa. de  
placitu ealie. l. 1. art.  
40. & 94. Caspary.  
de insti. repu. l. 1. li. 1.  
10. de turre oemata. c.  
Inapibus. 7. q. 1. l. 1.  
truit. de regi. civitat.  
q. 2. albe. l. civitas  
populos. C. de suma  
trinj. Abulen. deut.  
17. q. 7.

Sentientis

Sentiens sibi ipse sit onerosa.  
 Hinc universitas ab uno cog-  
 nominata est propter quod in  
 unitate colligitur. Omnis e-  
 nim multitudo derivatur ab  
 uno et in unum terminatur  
 atque coadunatur. Quanto igitur  
 regimen efficacius fuerit ad u-  
 nitatem pacis servandam ta-  
 to crit utilius. Hoc autem u-  
 tilius dicimus quod plus per-  
 ducit ad finem. manifestum  
 est quod unitatem magis effice-  
 re potest quod est per se unum  
 quam plures. sicut efficacissima  
 causa est caloris quod est ex  
 se calidam. Et plures multi-  
 tudine

Universitas  
 do. g. c. h. i. m.

iudicium nullomodo conseruat.  
 si animo dissentiant. Requirit  
 enim in pluribus quedam unio  
 ad hoc ut quoquo modo rege-  
 re non possit. multi in unam  
 partem non traherent naturam  
 nisi aliquo modo fuerint conjunc-  
 ti. Viri autem dicuntur plura  
 per appropinquacionem ad unum.  
 melius igitur regit unus quam plures.  
 Cum si regunt plures est ex  
 eo quod appropinquant ad unum.  
 Et in singulis operatur natu-  
 ra quod optimu. videmus in mem-  
 broy multitudinem unum quod  
 omnia mouet sed cor. Et in par-  
 tibus anime una vis principaliter

pro quod quidem. Ex boeao. de consol.  
 li. 3. prosa. ii. abulen. deute.  
 sub. 9. 6. in pto. atq; dispergi.

quia quidem naturaliter vne  
 tem desiderunt, cum esse in v-  
 tate seruetur. et quadiu  
 vnu esse desinit, et esse si-  
 plenter desinit. Videmus  
 in mem.

presidet

presidet s<sup>g</sup> ratio. Inapib<sup>9</sup> prin-  
ceptis videtur & in toto universo  
unus deus. Videmus provin-  
cias que nō reguntur ab uno  
dissentioibus laborare & absq<sup>e</sup>  
pace fluctuare.

In Regimine Vnius minus  
Cōtingit tyrannis.

Ceterū cum inter duo ex  
quorū utraq<sup>e</sup> periculum immi-  
net eligere oportet, illud po-  
tissimū eligendum est ex qua  
sequitur minus malū. Ex monar-  
chia autē, si in tyrannidē con-  
uertat<sup>ur</sup>, minus malū resultat  
q̄ ex regimine plurimū optima-  
tū quo corrūpit. Dissensio enim  
que plurimū sequitur ex regimi-  
ne plurimum, contrariat bono pa-

as

In apib<sup>9</sup> Cypri  
de idolo<sup>rum</sup> vanitatē  
4<sup>o</sup> pagina 207.  
In apibus. 7-9.

eis, quod est principium in mul-  
 titudine sociali. quod quidem  
 bonū per tyrānidem nō tollit. Sed  
 aliqua particulariū hominū bo-  
 na impediunt. nisi fuerit exce-  
 ssus tyrānidis tantus q̄ in totā  
 comunitatem deseruiat. quod ra-  
 ro accidit. Item illud magis fu-  
 gendum videt̄, ex quo pluries  
 sequi possunt magna pericula.  
 ¶ Sequunt̄ aut̄ maxima pericu-  
 la multitudinis ex multorum  
 regimine frequentius q̄ ex regi-  
 mine unius. Nam sepius euenit  
 q̄ ex pluribus aliquis ab intētiōe  
 cōis boni deficiat, q̄ q̄ unus fatū.

quicūq̄



quicūq; ante ex pluribus preside  
tibus diuertat ab intentione  
boni, dissensionis periculum in sub  
ditoꝝ multitudine imminet  
quia dissensionibus principibus  
sequens est ut in multitudine  
sequatur dissensio. Si uero unus  
presit: plerūq; quidem ad bonū  
eā respicit. aut si ab hinc eā  
intentionē auertat. Non statim  
sequit̄ ut ab subditoꝝ depre  
ssionem intendat. Et non minus  
contingit in tyrānidem uer  
ti regimē multoꝝ, qm̄ unius.  
sed forte frequentius. Exorta  
namq; dissensionē per regimem  
plurimū

Cap. .VIII. De Supremo iudice.

plurium contingit sepe unum  
 hos superare & sibi soli multitu-  
 dinis dominium usurpare, ut his-  
 torie manifestant. Si igitur quod  
 est optimū regimē maxie vitādū  
 videat' propter tyrānidem. Tyrā-  
 nis aut' nō minus s; magis cō-  
 tingere solet in regimine pluri-  
 um q̄ unius. Relinquitur sim-  
 pliciter magis esse expediens sub  
 regente uno vivere, q̄ sub re-  
 gimine pluriū

regimē melius est  
 iustitiam deferatur  
 illi nonē.

Illud quoq; apud sapientes  
 pro indubitato habet' comodius se  
 sub summū regimē successē q̄ e-  
 lectiōē transferri. Nā quāvis

Illud. cydeus roma.  
 de reg. pna. l. 2. parte  
 .2. c. 9. luras de pna.  
 .l. fi. C. de tyronibus.  
 l. 12. infine. lo. de tunc  
 remata. c. moyses. 3.  
 .q. 9. arti. 2. & ibi  
 prepositus. aug. de  
 ancho. In tract. de po-  
 restate ecclesiastica.  
 .q. 29. arti. 7. lo.  
 burida. In. 2. polit.  
 .q. 23. Et clarissime  
 lo. Lirier. In tract.  
 de pmo genitura seu  
 de maioritate. l. 2. q.  
 14.

Supposita natura recte & de-  
bite electionis simpliciter &  
secundum se magis expediret  
reipublice, ut rex per electi-  
onem fieret quàm per generis su-  
cessionem, Considerando tamen  
statum nature corrupte &  
conditionem hominum in hac vita co-  
ditionem magis expediret regem  
habere per generis successi-  
onem quàm per electionem hominum  
electionem. Ceterum namque ho-  
mines plus sequuntur proprium  
affectum & propria comoda  
querunt quàm bonum. In bono  
bonum ceterum negligunt, & ipsum

209  
querit diligentius. Propter quod  
frequentius electores exhor-  
bitant a rectitudine electionis  
ut non eligant meliorem &  
reipublice utiliore, sed sibi  
chariorem & propinquiore  
quodque carne, quodque beneficiis,  
quodque pecunie munere. Itaque rex  
maiore sollicitabitur cura circa lu-  
num regni in filios suos deven-  
turi. Et dum expectat infans  
succedere in regno, curiosius  
enutritur ac diligentius adhaerens  
nobilibus & virtuosos educatur  
& exercetur, atque consultius ad  
prudentiam & iustitiam prout

exspectat reipublice edocet. Subjec-  
tu quoque scientes talem in reg-  
no successorem se habituros  
magis ei subiciunt et propterea  
ei obediunt ac famulantur. Eiusque  
autem dominium naturalem ex na-  
turali propagine recognoscunt  
susceptum, uehementius diligunt  
eisque afficiunt et libentius ser-  
uant fidem. Et dum presciunt  
filium regi debere succedere: qui  
seruientes et fideles patri fu-  
uerit, rebelles et inobedientes  
indignanter tractabit, omnes  
ad obsequendum regi uiuenti ad-  
ducentur, quem eundem in filio

post mortem quasi viventem  
premiatore. Et punitore expec-  
tabant. Synas igitur summus  
rector summus civitatis pro-  
visor summus reparator sum-  
musque iudicator summusque ju-  
dicator pastor. Et quidam

11 Pastor. homerus.  
Iliad. 2. aristo.  
p. politiaz. 8. 8.  
ethic. probat. p. pa-  
ralip. c. ii. 2. c. 17.  
Et ubique abulen. alle-  
gant homeru & aristo-  
telem.

Capitulum IX.

De inferioribus iudicibus.

Siquidem possibile esset illu-  
m summam iudicatorem omnibus &  
singulis civitatis partibus &  
locis presentibus astare, id opti-  
mum & utilissimum foret, &  
divino regimini propius acce-

possibile est summum  
in omnibus presentibus

deret. deus namq; ubiq; est,  
nulli parti, pariter totus, est.

// Ubiq; Aug<sup>9</sup> q<sup>9</sup> in  
alua. hyspa. de plac  
421. arn. 71.

// Nō partem. Pl  
prover bui. de qu  
marfilū frāni  
platonis. In ad  
Iudres sine quo  
inpn. In aut. de  
forib; aui. & sic

Sine dubio autē est nō partem  
solum civitatis quādā s; totā  
est curādā. Verū quia id so-  
li deo nō hominibus possibile  
est ubiq; esse, quanto plus si-  
eri quiverit, humana industria  
huc tendere & accedere debet.

Onus regiminis partēda est.

Et cum presentiar nō pot  
simul in omnibus esse, repre-  
sentatione saltē id fiat per  
commissiōes seu delegatōes per  
incitativas & exhortationes,  
per exempla penarū atq; p-  
miorū. presentiam quoq; &

propriam discussionem ac dijudica-  
 tionem alternatim in maioribus  
 adhibendo. Stulto enim labore co-  
 sumeret rector & populus, si oia  
 manu propria uellet expedire, par-  
 tialiter onus suum & committat ali-  
 is, quos uerisimiliter credat recte  
 facturos, ne sub onere ruat &  
 officio deficiat. Cum ultra potes-  
 tatem & uires humanas sit in-  
 tendere singulis, & in omnibus p-  
 sentialiter esse impossibile. cu ad  
 huc lex diuinitatis sit infima p-  
 media in suprema reduci. Et se-  
 cundum ordinem uniuersi non  
 omnia reque ac immediate s; infi-  
 ma per media inferiora p superiora

Stulto. Exo. 19. per  
 Ioseph. 3. de antiqui.  
 Iudaism. i. 4.

Partial. de presup.  
 c. mandata.

Lex diuinitatis.  
 ex dioniso. & refer.  
 in exua. vna pnta.  
 bonifary octau. de  
 mayo. pobe.



ad ordinē reducūt. Et quous ad  
 motū & uitam corporis anima  
 lis est necessaria realis presētia  
 capitis, quia nō pōt influere ī  
 corpus, nisi actu sit coniūctū.  
 In corpore tamē mistico seu poli  
 tico aliud est, quia etiā perso  
 naliter absente capite potest  
 ius uirtus & potestas in corpus  
 influī & diffundi in eo opera  
 faciēdo. Unde sūmus iudicator  
 alios iudices creare debet, p̄ quas  
 adesse in oī parte censeat neq̄  
 sequētam habere presētiā suam  
 existimet.

Et quous. 10. d.  
 turre irema. 1. d.  
 calie. 4. 3. c. 11.  
 In fine. 2. r. 1. d.  
 ralia. 17. d. 1. d.  
 ad finē.

Sequitā. 1. d.  
 in capite calie.

Quotuplex est iudex.

Itaque iudices a summo recte  
 & iudice creandi sunt,

quī.

Cap. .lx. De Inferiorib<sup>9</sup> Iudicib<sup>9</sup>.

qui per diversa loca & partes dis-  
tributi iudicia ferant populo ab  
eodem summo iudicente iurisdic-  
torem sumentes. Et personam illius  
representantes. Quorum quidam  
sunt ordinarij. alij extraordina-  
rij. Extraordinarij autem quidam  
appellantur delegati. alij vero ar-  
bitrarij sunt.

¶ per diversa loca.  
deut. 16. tibi abu  
len. 9. 4. 2. p. para.  
lup. c. 26. q. 26.

De ordinarijs iu-  
dicibus.

¶ Si in quolibet loco & parte  
civitatis maxime desset iudex:  
ad quem confugerent iustitia in-  
digentes. Et pro quolibet quam-  
vis parva negotia aut summi  
iudicem haberent. necesse recit  
iurandi. ac si eade dicitur in sen-

inhiberi

tu

tum precipue in requirentibus ce-  
 leritatem et a cunctis operatio-  
 nibus abstraherent. Vel summo  
 iudicem a maioribus. Et uniuersis  
 salioribus negotijs. non distrahi  
 oporteret. Idcirco conueniens fuit  
 iudices ordinarios. per totam singu-  
 la distribuere, qui et cum  
 immediatam illius partis uel  
 loci habeant, rixas. Et sediciones  
 coercent. et iudicia ordinarie  
 ferant.

De iudicibus delegatis.

Ceterum quia multociens  
 contingit iudices ordinarios  
 desides. esse uel impotentes uel  
 imbecilles. sub iustitiam adminis-  
 trandam

Cap. IX. De Inferioribus Iudicibus.

erandam in aliquibus casibus  
 uel propter animorum prauitatem  
 uel propter potentiam rerum uel  
 propter alia negotia quibus sunt  
 impenditi, ne defectus iusticie ru-  
 inam civitati minetur, fuit co-  
 modum iudices dare delegatos;  
 qui puriore animo, maiore iuste-  
 tia, meliore calidioraque instruc-  
 tione & promptiore expeditione  
 iudicia ferant:

Arbitris.

¶ Rursus sepe contingit du-  
 os in aliqua re controversiam  
 habere, sed formidat ad iudices  
 ire, quia forsitan statim non au-  
 dent, nebisero multis alijs ad  
 iudicia

judicia concurrentibus, vel dila-  
 tiōibus nec majoribus expensis a-  
 ttenendos se putant, aut in judi-  
 cibus inopconfidunt, et pro pte  
 do delegato ad summū judicē  
 ire laboriosum sibi arbitrant.  
 Et licet in re disconueniāt, eū-  
 ueniant tamē in quōdam comu-  
 nem amicu, a quo sperant se  
 facilius citius minoribus labo-  
 ribus & expensis justitiā con-  
 sequaturos.

¶ Certe mos gerendus fuit illis  
 a summo judice (apud quōsdā  
 jurisdictio mansit, & eam p-  
 uatorū consensus nō potuit dare).

¶ Priuatoz.

ut hoc in particulari negotio lege generali annuat utilitate litigatorum prospiciens, concedatq in arbitrium compromittere posse, qui illam discordiam dirimat, & iudices a tali labore subleuet. Cum discordantes in concordiam venire non sunt prohibendum a summo iudice, qui ob hoc in medio positus est discordantium. Augustissimum itaq iudicium sit quod sibi met & aliqui perfecerunt, cui consensu iudicem eligentes.

Arbitrium. ff. de arbitris. per totum. In de rebus. co. n. 2. capusta de sancto blasio. In tract. de arbitrio. lafrancus in similitud. de eodem. petrus jaco. de more. de eod. la coburn. In tract. de oppositioe compromissi. & eius forma. abulc. exo. 21. q. 24.

Augustissimum. Pluro. 6. de legib9.

Sed quoniam quandoq iudicis ad pervertendum iudiciu amore odio cupiditate & timore

Ad pervertendum. u. q. 3. c. quatuor modis.

inclinat

Refusioe.

7.

inclinant, et imperitia & mala  
 intelligentia negotij a justitia de-  
 stituant, cum sit periculosum coram  
 suspecto iudice litigare. Prodit  
 ta est recusatio, que partibus  
 utilis est, ne in laqueo involvantur.  
 & etiam ipsi iudici, ne ipse quoque  
 in laqueum incidat quem parave-  
 rat mali iudicij penas dando.  
 In iudicio ergo requiritur perso-  
 na iudicans.

Capitulum. x.

De actore & actione.

REQUITUR similiter perso-  
 na que iudicium movens &  
 provocat. Nam cum ad reparanda  
 lesione

Movens persona in oī opere  
 requiritur.

Recusatio. de  
 bano. c. qm. et  
 e ibi lamfron.  
 In rep. h. v.  
 suscipies. St.  
 auferiq. In  
 recusatio.

Cap. X. De adore & actione.

lesionem iudicium & iudex inuicem  
 si fuerit oportet qd ab aliquo mo-  
 mente iusticiam faciat. Alioquin  
 ipse quod patitur. consentientia via  
 congelabitur. iniustitia super qua  
 fundet iudicium. Et ipse facere  
 & negligente demonstrari non  
 poterit. *in iudicio*. Sed  
 danda erunt ei arma, q-  
 bus ad iudiciale certamen pro-  
 ceat aduersus eum. Et tunc quo  
 feriat. Huiusmodi autem est actio  
 & publicana iudicium. Adhuc  
 ut appellat ius persequendi  
 in iudicio quod sibi debet. pro-  
 cedit hoc ordinem. *verba aut facta*

producit

Actione.



producit consensum. Consensus  
 parit obligationem. Obligatio  
 actionem. Actio sententia. Sen-  
 tentia executionem. Prima  
 enim in voluntate concipitur con-  
 sensus. Deinde consensus procedit  
 in lucem obstrictante verba vel  
 facto. Subsequenter accedente  
 ministerio iuris dantis obligatio,  
 que est iuris vinculum, quo op-  
 necessitate astringitur alicui  
 ius solvende rei. Ex obligatio-  
 nemus oritur actio, qua quis in  
 erat summa iudicis. Quae per se  
 quiritur, quod sibi debeatur. Et post  
 hoc in sententia verbaliter id

Verbaliter.  
 abule. le  
 iii. 19. q. 6.  
 in fine. sup  
 Job. neq. in  
 iuste iudicabis.

consequitur

habere

Cap. .x. De actore & actione.

consequitur. & demum in executione  
effectualiter

actio dividitur.

Omnia autem actionum, quibus  
inter aliquos apud iudices arbi-  
trarie de quacumque re queritur,  
summa divisio in duo genera di-  
viditur. Aut enim in rem sunt,  
aut in personam. Namque agitur  
quisque aut cum eo qui non obligatus  
est vel ex contractu vel ex male-  
ficio, quo casu prodicuntur actiones  
in personam, per quas actor intē-  
dit adversarium ei dare aut fa-  
cere, operari, & aliis quibusdam  
modis. Aut cum eo agit qui spe-  
ciali iure iuris est obligatus, quā-  
vis sit generalis, sed distinctione

Omniū. Insti. de  
actio. §. omnium.  
azo. Insūma. de  
actio. baptista de  
suno blasio. In  
tract. de actio. pla-  
centinus. In tract.  
de eodem. et odofe-  
dus benevianus.  
In simili tract. an sit  
obligatio personalis  
& realis. abulen. ma-  
thei. 3. c. 9. 71. rō.  
2.

dominiorum emanante mouet. tamen  
alicui de aliqua re controuersia.  
quo casu prodite actiones in rem  
sunt. ueluti si rem corporalem  
possideat quis, quam titius sua  
esse affirmet. Possessor autem do-  
minium eius se esse dicat, in rem  
actio est. Ad quarum exemplum  
alio prodite sunt in rem et in p-  
sonam actiones.

¶ Quaedam etiam actiones mix-  
tam causam obtinere uidentur tam  
in rem quam in personam. qualis est  
familie heriscunt actio, que com-  
petit ab heredibus de diuidenda  
hereditate. Itaque ueni diuidendo, que  
inter eos hereditatem inter quas a,

Cap. .x. De actore & autōe

liquid. cō. est. ut. dividatur. Itē  
 finū regandoy actio; qua inter  
 eos agit; qui confines agros habet.  
 in quibus tribus judicijs permitti-  
 tur. judicij rem alieni ex litigato-  
 ribus. et bono & equo utilitate  
 suadente adjudicari. Et si unus  
 pars pregruari videbit eā inui-  
 cem. certa pecunia alteri. condem-  
 nari.

Est & alia. Inst. de  
 actio. §. sequēs.

Alia actionū divisio.

Est & alia actionum divisio.  
 Nam. quedam actio rei personā  
 de gratia comparate sunt. Adam  
 pene persequende. quedam mixte.  
 Rei persequende causa. comparate sunt  
 omnes in rem actiones. Earū vero  
 omnium actionum q̄ in personā

Sunt etiam quaedam quae ex contractibus  
nascentur. fere omnes rei persequende  
causa comparate videtur. veluti in  
mutuam pecuniam. vel in sti-  
pulationem deductam potest actor.  
Ita commodati. depositi. mandati. p.  
socia. pro empto. venditor. locator.  
conductor. Ex maleficiis vero perite  
actiones sunt. alie tantum pene  
persequende causa comparate sunt.  
alie rei. alie tam pene. ~~Et~~ Inse-  
quende. ~~et~~ obmixte sunt.

Ex maleficiis  
de actio. §. ex. n.

Est preterea.  
de actio. §. ces. ult.

Est & quarta  
de actio. §. si  
tercia.

¶ Nova actionum divisio.

Est preterea tertia divisio.  
quia omnes actiones vel in sim-  
plum concepte sunt. Vel in duplum.

Vel in triplum. Vel in quadruplum.

¶ Nova actionum divisio.

Est et quarta divisio. quia ac-

